I aduersus exundantę pituitam acrius pugnandũ fuerit, pilulas aurora ex hierapicra Galieni: uel quas Mesues elefanginas nominat, dabimus. s. quot & quotiens oportuerit, uel etiam i robustiore natura pilulas ex hiera atq; trociscis agarici pari portione cõpositas: semp uero cum melle rosaceo liqdo atq; oximelle: aquaq; maratri. i. feniculi. Qui certe syrups in pituita digerenda etiã ante pilulas atq; post eas maxime pdest. Si una cũ pituita ceteri quoq; humores turbent, pilulis ex reubarbaro Mesues, uel pilulis q sine qbus a posteriorib⁹ nũcupantur, oportune purgabimus. Omnẽ uero uehementẽ repentinã q; deiectionẽ purgationẽq; penitus deestamur. Nam stomachũ corq; debilitat: spiritus multos exhaurit: confundit humores: spiritus fumis humorum fuscis obtenebrat.

Destillatio.

u Bi caput propter pituitã destillationibus fluctuat: quãdoq; hora sõni aliquot ex pilulis quas modo descripsimus, dabimus. Iubebimus præterea ea hora & aliis thus sepe mandere. Nã mirifice destillationibus & sensibus omni

bus memorięq; succurrit. Rursus muscata nux
& tiriaca ore retēta p̄bañ. Maiorana quoq; quā
amaracū nomināt, uel eius aq̄ admota naribus
uñ infusa. Post cibū uero alimētorum fumos co
riādro cidoneisq; cohercebimus.

Dolor capitīs.

f I caput sepe doleat humore grauatum fri
gido, p̄ter illa quę narrauimus, cōfectio
nem illā quā diambra nominant uel diacori uel
plisarchoticō tenere ore iubebim⁹. Quinetiam
masticē sepe mandere. P̄terea linire frontē, tē
pora, ceruicē, maioranę, feniculi, rutę foliis una
cum oleo rosaceo tunsis. Similiter aloë, aceto,
oleo, aq̄q; rosaceis perfecte diluta.

De Cura uisus.

u Bi oculi caligant, neq; rubent, tamen neq;
aliud p̄bent ullum caloris indicium, tūc sa
ne collirium ex aq̄ feniculi, maioranę, celidonię,
rutę, adhibito croco & antimonio, cōfert. Sz aq̄
eiusmodi prius densiori p̄ano est exprimēda. Nī
hil tamē admoueas oculis, nisi antea pilulis lucis
sepe purgaueris. At si caligātes oculi rubeāt, su
bito pilulis ex fumo terre p̄positis purga. Mox
collirium ex aq̄ rosacea & sacharo prodest. Non
nūquā uero albumine oui, tutia, lacte adiectis q̄
primū opitulāñ. Omnino autē quotidianus usus

DE VITA SANA.

maratri uisū seruat & acuit. Semen q̄dem eius frequenter ore tenere oportet, folia uero comedere. Trifera minor a Mesue descripta optima est. Optimū quotidiē uacuo stomacho mirobalanū chebulā cōditā sūmere: atq; cum ea non nihil panis ex sacharo, maratroc; in puluerem ducto cōpositi. Quod insup ingenio mirūimmodū, ac producendę uitę prodest. Eufragię quietiā usuf oculis est singulare pręsidiū. In omni uel dolore capitis uel caligine oculorum diuertendi sunt retro uapores, frictionib; cucurbitulisq;: Ac si calor in causa sit, sanguisq; abundet, hirudines ceruici & humeris adhibebimus.

De Gustu instaurando.

I Tomachus sepe litterar; studiosis gustum fere omnem amittit: si id pituitę uitiō incidit, qđ acidus oris sapor, uel saliuā multa & glutinosior indicat, postq̄ aluuz subdlexeris medicinalis q̄s supra narrauim; aromatico rosaceo utere scilic; sacharo rosaceo mixto, melle quoq; rosaceo cum cinamo. Solo etiā uel zinzibere condito: uel mentę syrupo: Sed imprimis tiriaca. Sin autē bilis copia forte cōtigit, qđ quidē os amarū ostēdere solet, similiter post purgationem ex aloe sicut diximus pręparata, uel reubarbaro, assū

me uel triasandalū uel oxizacharā & fachoaro ace-
ro albo & uino acrioris punici mali compositā.
Vel persica, pyra ue, siue condita, siue syrupo cō-
fecta: sicut Mesues docet: uel nostram eiusmo-
di cōfectionē gustui saluberrimā. Sūme sachari
rosacei uncias quattuor: diamare natī uncias du-
as: diacitonitē tantū dē. s. uncias duas; mirobala-
norū chebularū semunciā: emblicarū tantū dem:
Sādali rubei coralli rubri utrorūq; & que drach-
mam dimidiā. Fūde insup iuleb ex succo citri uel
limonis tres uncias aut duas. Quod si stomach⁹
debilis est & frigidus, aduice duas cinami drach-
mas. His ante cibū duabus horis utendū. Nause-
am sēper ab utroq; natā humore, tollit diacito-
niten: & usus capparisi cū aceto. Itē pot⁹ modic⁹
ieiuno stomacho albi aceris rosacei, si duplo sa-
chari pondere misceat. Rursus mentę syrup⁹ at-
que absinthii. Item menta uel aceto condita, uel
acidomali punici succo diluta.

De exacta atrę bilis cura.

u Erum missa hęc tanq̄ leuiores iam faciamus
atq; ad id quod periculosissimū est reuer-
tamur scilicet ad atrā bilē: quę quotiens abūdat
& furit: cum corpus totū, tū uel maxime spiritū
quasi quoddā instrumētum ingenii ipsūq; inge-
niū & iudiciū labefactat. Primū in ea curanda

DE VITA SANA.

pręceptũ sit ut docuit Galienus, ne repere illam educere contędamus: ne forte parte eius liquidiore subtilioreq; subducta residuũ densi⁹ admodũ sicciusq; resideat: sed paulatĩ molliat digeraturq; piter atq; educaĩ. Secundũ ut interĩ tam cibis humidioribus q̃ lauacris dulcibus & modicis unguentisq; similibus caput & corpus totũ ad sũmũ pro uiribus humectet: ea tamẽ cautiõne ne uel destillatio irriteĩ, uel destruatĩ stomach⁹ aut iecur, uel meatus corporis obstruatur. Tertium uero, & id q̃dem maxime necessariũ, ut cõtinue cor foueatur roboreturq; rebus cõgruis partim itus acceptis, partim extra pectori, naribus ue adhibitis. Aspiciantur quoq; & audiant: odorentur & cogitentur assidue quę oblectet. Contraria uero longius arceantur.

De syrupis.

m Vltia q̃dẽ a multis aduers⁹ hũc humorẽ cõposita sunt. Ego aut ĩpresentia tria quędã remediorũ genera e plurimis afferam electissima oĩm atq; tutissima accepta primũ a priscis, deinde a recentioribus confirmata, interdũ etiam a nobis ad usum nostrum accõmodata. In primo est syrupi optimi compositio. In secundo pilule pbatissime. In tertio electuaria saluberrima. His tribus oportune adhibitis melancolicus humor

mollitur & digerit atq; soluitur: spiritus acuitur,
& illustrantur: fouetur ingenium: memoria con-
firmatur. Syrupus est huiusmodi. Summe bora-
ginis, buglossę, florũq; utriusq; melissę, capillo-
rum ueneris, endiuie, uiolarũ, cuscute, polipo-
dii, senę, epithimi: singulorum q̄tum manu capi-
tur. Pruna damascena numero uiginti: odora po-
ma numero decem: passularum unciam unam: li-
quiritię unciam dimidiã: cinnami, sandali rubri,
corticum citri, singulorum drachmas tres: croci
drachmam dimidiã: Coquantur in aqua oñia
preter epithimum & aromata, donec pars tertia
consumatur. Decoctio expressa post, cũ sacha-
ro iterum & epithimo moderate coquat. Po-
stremo infundantur aromata scilicet cinamũ at-
q; crocus. Huius syrapi aurora calefacti uncię
tres bibant, simulq; uncię duę aut tres aque bu-
glossę: atq; una cũ his ex sequentibus pilulis ac-
cipi debet duę saltem, ac plures prout cuiq; cõ-
uenit: eo scilicet pacto, ut aluus quodie paulus
moueat.

De Pilulis.

p Ilularum uero q̄tum ad propositũ spectat
duo sunt genera: alię delicatis congruunt: robu-
stioribus alię. Primę aureę siue magicę nomina-
ri possunt, partim magorum imitatione, partim no-

DE VITA SANA.

stra inuentione, sub ipso iouis uenerisq; influxu
cōpositę: quę pituitā, bilē, atrā bilē educunt abf
q; molestia: singula mēbra corroborant: spiritus
acuunt & illuminant. Ita eos dilatant, ne cōstri-
cti mesticiam pariant: sed dilatatione & lumine
gaudeant. Ita rursus stabiliunt, ne extēsiōne ni-
mia euanesccāt. Summe igit̃ auri grana duodeci,
maxime foliorum eius si pura sint: turis, myrrhę
croci, ligni aloes, cinnami, corticis citri, melissę,
serici crudi coccinei, mētę, been albi, been rubei
singulorū drachmā dimidiā: rosarū purpurearū
sandalī rubri, coralli rubri, mirobalanorum triū
scilicet emblicarū, chebularū indarū, singulorū
drachmam unam, aloes rite ablutę tantundem
q̃tum cunctorū pondus. Confice pilulas mero q̃
electissimo. Sequunt̃ pilulę ad soluēdam melā-
colia aliquanto ualidiores: uerūtamē minime ui-
olētę. Sūme peonię: myrrhę: sticados arabici: me-
lissę: turis: croci: mirobalanorū triū scilicet embli-
carum, chebularū indarū: rosarum, singulorum
drachmam unam. Trociscorum agarici: polipo-
dii: epithimi: fenę: lapidis lazuli, loti rite & pre-
parati. Lapidis armeni affecti similiter: drachmas
tres, singulorū. Aloes lotę uncias duas uino p̃fe-
cto pilulas cōfla. Si cum melācolia manifesta ca-
liditas dominetur, quę in hac cōpositōne sunt

DE VITAE
frigida, ad tertiam insuper ponderis sui partem
augenda erunt. Has pilulas ut litterarum studio-
sis convenit, grecorum, latinorum, arabumque imita-
tione composui. Nolui uero fortiora miscere. Qua-
le ueratrum: quo Carneades Phanaticus uteba-
tur. Viris enim litteratis tantum uel paulo firmi-
oribus consulo: quibus nihil pestilenti⁹ est quam
olentia. Ideo praetermissi pilulas indas, lapidisque la-
zuli uel armeni notas: & quam compositionem hie-
ralogodion appellant. Si denique decet simplici-
ore compositionem inferere: quam ego familiarius utor. Sum-
me aloes lotae unciam unam: mirobalanorum em-
blicarum atque chebularum, utriusque pariter dra-
chmas duas: masticis drachmas duas: duas quo-
que rosarum praesertim purpurearum confice pilu-
las uino. Proinde pilulis aut iis, aut illis, ex iis sci-
licet quas probauimus: nemo unquam solis uti de-
bet: ne forte nimium exsiccetur. Quod quidem
in melancholia pessimum est: immo uel una cum sy-
rupo: quem secuti partim Mesuem, partim Gen-
tilem Fulginatam supra descripsimus: uel cum uini
odori leuisque uncia una siue duabus, siue tribus,
ut cuique convenit: Aut cum aqua mellis & passu-
larum atque liquiritiae. Aut sicubi caliditas do-
miatur, cum iuleb uiolaceo, aqua quoque uiolacea. Om-
nino autem consulo litteratis quicumque ad atrabilem

DE VITA SANA.

sunt proniores, ut hac purgatione bis quolibet
āno, uere scilicet autūnoq; utantur: dieb⁹ quin-
decim cōtinuis uel uiginti: pilulis scilicet cum sy-
rupō atque similib⁹. Quicūq; uero paulo min⁹
huic morbo obnoxii sunt, sat habebunt, si pilu-
las primas aut ultimas toto āno summāt, semel
ebdomoda qualibet: estate quidē cum iuleb ut
diximus: alias uero cum uino.

De Medicina liquida.

m Eminisse uero oportet, ubi maximuz in ex-
siccatione periculum imminet: purgare ta-
mē necessitas cogit, operę pretiū esse pilulas in-
termittere: atq; in ipso syrupo uel simili quadaꝫ
decoctione, facta i aqua buglossę, quando pur-
gandū est, interdum infundere diasenę uel dia-
chatholiconis uel tripherę psicę unciā unā aut
saltem dimidiam. Quod si uel corpus robustius
sit, uel astrictior & durior aluus, addere electu-
ariū hamech drachmā unāꝫ aut duas. Utilis quo-
q; hic est confecta cassia: utilior māna. Nec omī
melācolię speciei pueniūt: sed illi maxie quę ad-
ustione creat. Sin autē melancolia naturalis sit,
conueniunt quidem: uerū p̄cipue si in syrupo
addatur polipodii portio dupla uel tripla: simi-
liter liquiritię: crociq; & passularū. Itē medicinę
addatur mellis rosacei liquidi uncię duę. Quoti

ens uero fyrupus summendus sit, in superioribus diximus. Sed medicina cum ipso ter uiginti diebus summeda erit. Verum si melancolicus nullus humor appareat: tantum uero complexio melancolica, scilicet frigida membrorum qualitas atque sicca, memento ducere aluum, uel mittere sanguinem minime expedire. Sed reliqua dumtaxat facere, quae uel diximus, uel dicemus. Praesertim quae cunq; ad corpus pertinent mediocriter calefaciendum atque magnopere humectandum, spiritusque quoad fieri potest illuminandos, fouendaque membra. Vbi uero ipse atque bilis humor exundat, non madefacimus tantum corpus atque humorem, sed etiam soluimus aluum ea cautione qua diximus: Nunquam uero uehementer. Siquidem Plato in Timeo nos monet diuturnum morbum, qualis est melancolicus, non esse nimis ualentibus medicamentis atque molestis pharmacis irritandum.

De sanguinis missione.

¶ Vnt nonnulli in sanguine mittendo audaces, quos medici sapientes admodum detestantur. Nam sanguis est atque bilis temperamentum: spiritus fomes: uita thesaurus. Solum uero ubi abundantiam sanguinis indicat, uel profusior risus, audaciaque & confidentia multa, uel color rubens uenarumque tumor, mittere sanguinem litteratis

DE VITA SANĀ

quando res postulat debemus e uena lienis sinistri brachii, lata quadam incisione, quattuor uncias mane, uespere rotidē. Deinde paucos post dies, saltem septem, ad summum quattuordecim, tum frictione quadam asperiore, tum admotis hirudinibus, quas sanguisugas nominant, mariscas irritare: ut sanguinis uncię tres aut quattuor inde distillent. Hęc ambo robustioribus tantum faciēda uidentur. Debilioribus uero, si necessitas postulat mariscas solum sicut docuim⁹ irritare. Sed neq; uentrem medicinis soluere, neque mittere sanguinē licet: nisi prius clysteribus pinguib⁹ mollibusq; lenieris. Atq; hoc sit i melacolica natura cōmune p̄ceptū: dādā eē operam ut si oportuerit, eiusmodi clysterib⁹ frequē ratis uēter inferior lubric⁹ semp sit atq; purgat⁹.

De Electuariis.

Equitur electuaria ex quibus laudo equidem quod Rasis exilarās appellauit. P̄terea quę in libro de uiribus cordis auicēna cōponit. Sed multo magis quod Mesues ita cōscribit. Sūme crudū sericū colore coccineo nup tinctū, pōdere librā unā. Id merge succo pomoruz dulcium & suauiter redolentium: atq; succo buglossę, aquaq; rosacea, singulorū libra una, post q̄ttuor & uiginti horas, totū id coq̄ suauiter, do-

nec aqua rubeat. Deinde extrahe sericum, atq;
insuper exprime diligenter. Infunde mox sacha-
ri candidissimi centum & quinquaginta drach-
mas: coque rursus donec quasi mel spissetur: Amo-
ue tunc ab igne: Atq; infunde dum calet, ambre
crude diligenter cocise drachmas sex: & ut liques-
cat ambra permitte. Postremo adde his puluerem
eiusmodi. Summe ligni aloes crudi: cinnami: utri-
usque sex drachmas. Lapidis lazuli rite ablu-
ti, drachmas tresdecim. Unionum. i. albarum mar-
garitarum drachmas duas. Auri veri drachmas
unam. Musci electi partem drachme dimidiam.
Dantur ex eo cum uino drachme duae uel una ma-
ne ac uespere ante cibum tribus aut quatuor ho-
ris. Id mihi praeteris ualde placet. Verumtamen pro
etiam Diamuscum Mesues dulce: compositionemque
gemmarum: modo cum aqua rosacea assumatur
Laudare quoque mirifice quod est a Petro Ebanes-
si philosopho summo conflatum: nisi ipsemet
ex eius imodico usu dilatationem exaltationem
que spirituum nimiam formidaret. Quamobrem
duo quaedam insuper excogitavi turissima: atque
ob temperationem suam cuilibet tempori, etati,
naturae conuenientissima: in quibus miscetur uti-
le dulci. Quae tantum nutriunt quantum fouent & ro-
borant. Praeterea spiritui & ingenio tantum sta-

DE VITA SANA.

biliēdo, quātum acuēdo & illustrādo cōueniūt.
 Sūme sachari rosacei uncias quattuor. Sachari
 una cū florib⁹ buglossę ꝑcocti uncias duas. Cor
 ticis pomi citri sacharo cōditi unciā unam. Che
 buli cōdite uncias duas. Cīnamī electi drachmā
 unā. Sandali: corallis. s. utriusqꝫ rubri. Item serici
 coccinei, crudi cōcisi, croci, margaritarū, singu
 lorū drachmā dimidiā: auri, argenti, singulorum
 tertiā drachmę pte: ābre, musci, utriusqꝫ grana
 duo. Fūde oīa simul succo citri uł limonis sacha
 ro cocti. Seqtur cōfectio altera, aliquāto salu
 brior, certe multo suauior. Sūme amígdalax dul
 ciū quattuor uncias: nucleorū pineorum. s. ab
 lutorū diei unius spatío: semínū cucumeris: utro
 rumqꝫ pter, uncias duas. Sachari duri quod can
 dum. i. candidū uocant quattuor uncias. Sacha
 ri alterius, sed albissimī, librā unā atqꝫ dimidiā.
 Fūde cūcta hęc aqꝫ rosacea atqꝫ limonis & citri:
 in qua extictū fuerit ignitū aurū & argentum. Si
 mul coque suauiter. Demū adde cīnamī: been ru
 bri: sandali rubri, coralli similis, singulorū drach
 mam unā. Margaritarū nitidissimarū, croci, seri
 ci, crudi, coccinei minutissime attriti, sigulorum
 drachmā dimidiā. Auri, argenti, utriusqꝫ grana
 duodeci. Iacinti, smaraddi, zafiri, carbunculi: si
 gulorū tertiā drachmę ptem. Si cui uero defunt
 d. i.

aurū, argentū, ābra, muscus, ꝑciosi lapilli, confē-
ctōes illę etiā ꝑdesse multū sine his poterunt.
Quarū tres potissimū eligo, unā. s. Mesues, quā
recē sui: duas uero n̄ras, quas modo descripsim⁹.
Quo uero pacto iis utendū sit, sup̄ius satis expo-
suim⁹. Si q̄s autē simplicius aliqd appetat, oibus
tñ accōmodatū, hic citri pomū ꝑfecte maturū, i
tegrū ꝑfecte contundat: multoꝝ sacharo & mul-
to rosarū succo adhibito coquat. Coctum uero
modico cīnamo, crocoꝝ cōdiat. Aut aromati-
co rosaceo utat̄ sic tēperato. Sūme aromatici ro-
sacei unciā unā: Sachari rosacei: Sachari diabu-
glossati, utriusꝝ uncias duas: aut similiter misce-
at diamuscū. Quanq̄. n. duo hęc nō sint simplicia:
tñ facile satis habent̄: Ac si caliditas timeat̄, dia-
prunis & sacharū uiolaceū adiūgantur.

De nimia uigilia.

f Aepe melācolicis ꝑfertī litteratis accidere
solet, ut nimiuꝝ exsiccatō cerebro, uigiliis
lōgis extenuent̄. Qm̄ uero nihil atrę bilis mala
magis auget q̄ lōga uigilia, tātō malo oī studio
succurrēdū. Ideo lactucas post cibos alios edāt
una cū pane modico: pauculo croco: uinūꝝ pu-
rū sorbeāt post lactucā: neꝝ ultra horam lucu-
brēt. Cūꝝ se dormitū cōferūt: ꝑfectionē eiusmo-
di sūmāt. In q̄ semis papaueris albi uncię duę sit.

DE VITA SANA.

Seminis lactuce unciā una. Amomi croci. s. utri-
usq; ps drachmę dimidia. Sachari uncię sex. Di-
lue & coq̄ oīa simul syrupo papaueris. Edāt hu-
ius drachmas duas: si q; nō nihil syrupi papaue-
ris gustēt aut uini. Illinias eis frontē temporaq;
oleo ex uiolis: & ex nenufare adiecta cāphora.
Ire lacte oleoq; amigdalino atq; uiolaceo. Odo-
rē croci, & cāphorę, putaminūq; dulcis mali na-
rib⁹ admouebis. Aceti insup modici, s; aq̄ rosa-
ceę plurimę. Sternes quoq; lectū plantarū foliis
frigidarū. Aures grauib⁹ cātibus sonisq; delini-
es. Humectabis sepe caput eiusmodi lauacris. s.
aqua in qua cocta sint frusta papaueris: lactuca,
portulaca, malua, rosarū, uitis, salicis, arundinū
q; folia: addita camomilla. Balneis quoq; dolci-
bus ex reb⁹ eiusmodi, sepe tibię, brachiaq; sepe
totum corp⁹ ē hūectādū. Lac insup bibere mixtū
sacharo. s. stōacho uacuo, si modo stōach⁹ opti-
me tolerauerit maxie pdest. Hūida hęc melāco-
licis etiā si satis dormiāt mirifice conferunt. Me-
mento lac amigdalinum mensę familiarissimum
esse debere.

De heberudine atq; obliuione.

a Ccidit uero nōnūq; ut studiosis ul' qa sedu-
lo icliato capite legāt scribāt ue, ul' qa ocio nimi-
o torpeant, pituita qdā uiscosior una cū frigida

nimis melácolia caput occupás grauet, atq; he-
betes obliuiofosq; efficiat. His ergo caput exo-
nerádū est iis remediis, q̄ alias dixim⁹ pituitę que-
nire. Sin minus illa suffecerint, ad pilulas indas &
cocchias hieralogodiōq; cōfugito. Pręterea ad
hierá diacoloqntidos uel archigenis uel andro-
maci uel theodotionis. Aut ad pilulas iudei q̄s
Mesues in capitulo de capitis dolore describit.
Qđ si natura ętas ue frigidior sit, nec ętas obsti-
terit: post purgationē utere cōfectione illa ana-
chardina, quā Mesues sapiētū cōfectōiez noiat i
ātidotario. Rurs⁹ anachardia illa: quā i capitulo
de obliuione ex snia filii Sacharię recēset. Da sū-
mo mane drachmā unā: sed q̄ eā sūmit ab ira, coi-
tu, ebrietate, labore, rebusq; calidis eo die p̄sul
abstineat. Hęc qđē aduersus hebetudinē obli-
uionēq; ualentissima sunt. At uero si familiaria
magis optes, da zinziber sacharo cōditū: sed mo-
dico thure mixtū: qđ sēsibus & memorię magno
pere p̄dest, p̄sertim his adiectis. s. melle anachar-
di, melle chebularū, acoris, ciperis, ābra, musco.
Prodest etiā diābra, plis archoticō, diacori. Sed
hęc ore diutius retinēda: narib⁹ etiā & aurib⁹ in-
fundēda. Odor quoq; thuris, amaraci, maratri,
nucis muscatę, rutę, garofilorū p̄dest nō medio-
criter. Memēto tñ tiriacā in his atq; similib⁹ quę

DE VITA SANA.

admodū ab iitio dixim⁹: nulli unq̄ remedio post
ponēdā. Pręterea hebetibus obliuioſiſq̄ tēpo-
ra & ceruicē unctiōne eiufmodi unge. Sūme olei
ſābucini unciā unā, olei deben uncias duas, eu-
forbii unciā dimidiā, caſtorei quoq̄ tātūdē. Per
fricabis brachia, crura, ceruicēq̄ uehemēter. Ac
ſi opus fuerit ceruici cucurbitulas admouebis.
Verticē pręterea capitiſ amaraco, thure, nuce
muſcata tunſis operies atq̄ fouebis.

Corporeū qdē ſpiritū cura: Incorporeū uero
cole: ueritatē deniq̄ uenerare. Primū medicīa
p̄ſtat: Scđz diſciplīa moral: Tertiū uero r̄ligio

I hoies ueritatis cupidi tanta medicorū di-
ligentiā corporeū ſpiritū curare debēt: ne
forte ōnino neglectus uſ impedimento ſit, uel iep-
te ſeruiat quęrētib⁹ ueritatē: multo p̄culdubio
diligētius icorporeū ſp̄m. i. intellectū ipſū diſci-
plinę moralis iſtitutiſ colere decet, quo ſolo ue-
ritas ipſa cū ſit icorporea capiſ. Nefas. n. ē ſolum
ai ſeruū. i. corpus colere, aim uero corporis dñz
regēq̄ negligere. Pręfertī cū Magorū platonifq̄
ſentētia ſit, corpus totū ab aīo ita pēdere ut niſi
aimus bene ualuerit, corpus bñ ualere nō poſſit
Quapp̄ medicīnę auctor Apollo nō Ippocratē
quīſ ex ſua ſtirpe genitū, ſz Socratē ſapiētiffimū
iudicauit. Quippe cū q̄tū Ippocrates corpori, tā

DE VITA SANA

tū Socrates aīo sanādo studuerit: q̄q̄ qđ rētaue-
rāt illi, solus Christ⁹ effecit. Proinde si mētē nr̄az
opris colere motib⁹ a Socrate iccirco iubemur:
ut lucē ueritatēq̄ a nobis naturę istictu q̄sitā se-
rena mēte facili⁹ asseqmur: q̄to magis ueritatē ip-
sā diuinā iprimis religione s̄acta fas est uenerari?
Ad quā q̄rendā capiēdāq̄ nō aliter creata mēs ē
q̄ ocul⁹ ad lumē solis p̄spiciendū. Atq̄ ut Plato
nr̄ inqt quēadmodū uisus nihil usq̄ uisibile p̄spi-
cit, nisi in ipso s̄mī uisibilis. i. solis ipsi⁹ splēdore
ita neq̄ itellect⁹ hūanus itelligibile qcq̄ apphen-
dit, nisi in ipso itelligibilis s̄mī hoc ē dei lumine
nobis sēp & ubiq̄ p̄sēte: in luce inq̄, qđ illuminat
oēm hoīem uenientē in hūc mundū. In lumine de
quo canit Dauid. In lumine tuo uidebim⁹ lumē.
Profecro quēadmodū purgatis oculis, iq̄ lumē
ipsū aspiciētib⁹, subito splendor ei⁹ infundit, co-
loribus figurisq̄ rerū abūde refulgēs, ita cū p̄mū
ab oib⁹ corporis p̄turbationib⁹ p̄ moralē disci-
plinā purgata mens est, atq̄ in diuinā ueritatē. i.
deū ipm religioso quodā flagratissimocq̄ amore
directa, subito (ut diuin⁹ inqt Plato) diuina mē-
ti ueritas ifluit, rationesq̄ rerū ueras quę in ipsa
cōtinētur, qbus ue oīa cōstant feliciter explicat:
q̄toq̄ mētē circūfūdīt lumie, tanto s̄l & uolun-
tatē gaudio beate perfūdīt. FINIS.

DE VITA LONGA:

Prohemium In Librũ De Vita Longa.

m ARSILIVS Ficinus Florentinus Phi-
lippo Valori Ciui optimo: atq; nobilif-
simo. S. D. Quanq̃ Plato noster genio
suo uiuit; & uictur⁹ ē (ut arbitror) dũ mũdus ip-
se uiuet: meus me tñ geni⁹ huc sēper impellit: ut
post diuinũ cultum ante omnia Platonis uite p-
spiciã. Ad hoc ipsũ iãdiu nobis aspirat p̃cete-
ris Medica domus. Ad idē cōspiras, & tu mi Va-
lor Medicũ amicissim⁹, & Platonicę, glię atq; disci-
plię admodũ studiosus. Quã ergo uitaz Plato-
ni semper exopto: eandē opto medicib⁹: similēq;
Valori. Quã obrē horror, & obsecro te mi Va-
lor: ut q̃tra sēper opera glorię Platonice faues: tã
ta aliq̃do diligentia p̃cepta hęc nostra de uita
producenda, legas: atq; serues. Quibus diu ui-
uenis resurgenti nuper disciplinę platonis diuti⁹
una cũ magnanimo Laurentio medice patroci-
nari possis. Vale.

MARSILII FICINI FLORENTINI LIBER DE VITA LONGA.

Ad perfectionē scientię necessaria est uita lō-
ga: quã etiam diligentia p̃stat. Cap. primũ.
d. iiii.

DE VITA LONGA
D ARTEM Scientiãq̃ p̃fectam nõ
a tam uel docilitas ígeniũ, uel memorię
firmitas: q̃ prudẽtis iudiciũ p̃spicacia
nos perducit. Iudiciũ uero p̃pter am-
biguitatẽ ex coniecturarũ diuersitate conceptã
adeo difficile est: ut exp̃imento sit necessario cõ-
firmandũ. Exp̃imentũ quoq̃ fallax tum p̃pter
iudiciũ ipsius difficultatẽ: tum propter fugacem
oportuni in exp̃imẽto captãdo tẽporis breui-
tatẽ. Quibus sane de causis, artẽ esse longã una
cũ Ippocrate recte cõcludim⁹: nec posse nos, eã
nisi uitę longitudine conseq̃. Vitam uero longã
nõ solũ ab iitio semel fata promittũt: sed nostra
etiã diligentia p̃restat. Quod & astrologi confi-
tentur: ubi de electionib⁹ & imaginibus agũt: &
medicorũ cura diligens experiẽtiaq̃ confirmat.
Qua q̃dem prouidẽtia nõ solũ hoies natura ua-
lidi sępissime: s; etiã ualitudinariũ uitã longã ali-
quando consequũtur: ut non mirũ sit Herodicũ
quẽdam litterarũ studiosum oĩm sui temporis i-
firmi ssimũ (ut Plato Aristotelesq̃ testant̃) eiuf-
modi prouidentia, annũ centesimum ipleuisse.
Plutarchus p̃terea narrat multos corpore ali-
oq̃n parum firmo, uitã sola diligentia longã cõ-
secutos. Mitto i p̃sentia quot ibecillos ipse no-
ueri prudentię munere robustissimorũ ãnos su

DE VITA LONGA.

perauisse. Neq; igit̃ iutile fuerit, neq; uanũ, post librũ de curanda ualitudine litteratorũ a nobis cõpositum, præcepta quẽdã insuper igeniis sciẽtię cupidis ad uitã longam conducentia tradere Instituta uero hæc nec iertibus ignauisq; cõmunicari uolum⁹. Quid, n. cupiamus istos diu uiuere; q̃ nec uiuũt q̃dem, quasi fucos nutriamus nõ apes. Nec homibus diuulgari, p̃dita uoluptatũ libidine dissolutis: q̃ breuẽ quotidie uoluptatez longe stulti præponũt. Nec improbis iniquisq; pate fieri: quorũ uita mors est bonorũ. Sed uiris dumtaxat prudẽtibus atq; tẽpatis, solertis igeniũ uiris bus hũano generi uel p̃uati uel publice p̃futuris.

Vitalis calor nutritur humore: Quo deficiente fit resolutio: Quo excedente fit suffocatio.

u Ita q̃dem tanq̃ lumen in naturali calore cõsistit. Caloris uero pabulũ est humor aerius, atq; pinguis quasi oleũ. Siue igit̃ humor eius modi forte deficiat; siue p̃rsus excedat, uel inquretur: calor statim debilitat̃: & tandẽ debilitat⁹ extinguit̃. Si humoris defectu calor debilitat̃ & p̃ditur, mors resolutione cõtingit. Si potius obruitur humoris excessu uel uitio: uita suffocatione perit: Suffocatio uero humoris cuiuslibet exundantia uel putrefactione contingit: præsertim pituita uel excrecente uel quomodolibet putrefa

DE VITA LONGA
cta: ut non immerito pituita petens uitaz fuerit
nomiata. Precepta igitur ad producendam uitam maxi-
me necessaria. Hinc quidem resolutionem: inde ue-
ro suffocationem putrefactionem & æque deuitant
Aeque in ratione communi. Nam si calidior est siccio-
re uel hominem forte curant, & cui meatus qui-
dam apti sunt: humores autem spiritus & subtiles resolu-
tioni magis occurrunt. Sin autem contraria ratione cor-
pus affectum tractant, potius suffocationi sub-
ueniunt. Maxime uero in alterutro studet: si ad
alterutrum locus tempus uel declinet. At ubi
ingeniosis studiosisque consulit: utrumque preceptum
ferme est pariter necessarium: in utroque similiter
laboratur. His. n. acutum quod est calidumque ingenium,
& imaginacionis motus assiduus, resolutionem: otium
uero corporis atque cruditas suffocationem
minitari uidentur. Nusquam igitur medici uehementi-
us quam in eiusmodi hominum curatione laborant
Et si tota libri superioris disputatio ad prog-
dam uitam maxime confert: propriam tamen qua-
dam res tanta curant: quale deinceps quoad po-
tero paucis comprehendam postulare uidentur.

Quomodo reperendus calor ad humorem atque ui-
cissimum quodam Minerue consilio. Cap. iiii.
c Eterum dum oleum istud pigre, igneo huic ui-
gori nostro necessarium pigri Minerua tracta

DE VITA LONGA.

mus, Minerua interí oliuifera olei uitalis origo/
 almi uidelicet Iouis capite nata ridet: quod sui mune-
 ris quantitatē plane cernentes, interea non satis uidi-
 mus qualitatem. Ridens ergo, uobis inquit oleum non
 modo quantum sat flammę nutriendę foret, abunde dedi: sed
 et sine amurca sincerum infudi lucernę. Hęc illa.
 Nos autem iter loquendum errantes offendimus: quoniam lucer-
 na pedibus nostris uerbum suum, non dum nobis auditum.
 Ex hac ergo lucerna discamus, oleum iugiter flammę
 subministrandum, ea scilicet diligentia: ut nec re-
 pentina quodam lumen obruamus illiuiōne. Nec rur-
 sum differamus sitibundo potum. Sed hec quę duo satis
 in superioribus tractata putamus. Reliquę nobis duo
 sunt: quorum alterum leuiter tetigisse, alterum uix attigisse
 uidemur. Tangentes interí ita Palladem ut ridere
 nunquam solita nos rideret. Quid ergo? Primum quod con-
 siderabimus flammam uel pauculam esse prorsus edacem: ideo
 quod lucernam illam lucere diuini, in qua sic flammula est ad
 ellychnium. id est, lucinum tepata, ut non ebibat oleum, sed
 pirisset. Itaque & nos in omni dieta cauebimus: ne quando pre-
 fertim in iuuetute nimium inualescat insitignis suapre-
 natura uorax: Sat uero fuerit tunc humorē inundatē,
 tunc penetrabile frigus hic arcere. Deinde lucernam co-
 gitabimus frequenter extingui, quando non sincerum oleum istil-
 lauerit: sed (ut ita dixerim) amurcosum. Vnde paulo
 post percrescut ex amurca fugi, lumeneque extinguunt.

Iam uero nos alnum a Pallade suscepimus oleū
s. aerium q̄ plurimum purumq̄, & natiuo quo-
dam lentore tenax atq̄ firmum. Quod ergo hu-
ic paulatī absumpto subgeritur, nō solum huic
æquale debz esse, sed simile. Vt uero sit simile nō
tantum aerium esse debet & pingue, sed penitus
ab amurca secretum. i. a fece quadam ex terra &
aqua crassiore congesta. Hanc ergo congestio-
nem fecemq̄ uitaturī alimenta eiusmodī fugia-
mus & otium & cruditatem atq̄ sordes. Interea
uero Mineruam ea moderatione colamus: ut ca-
put quidem de quo nata est ipsa, nobis augeat:
neruos autem stomachum non minuat.

Quibus de causis arefcit humor naturalis: ul-
pegrinus exundat: & q̄ necessaria sūt ad uitam
perfecta digestio. Cap. iiii.

n Aturalem humorē uelociter hęc exsiccāt.
Sanguinis fluxus uberior. Violenta solu-
tio uentris. Diu lubricus aluus. Profusus sudor.
Latius patefacti meatus. Coitus ad debilitatem
fact⁹. Sitis anela. Fames cruciās. Vigilia longa.
Vfus calidarū rerū simul atq̄ siccarū. Laborios⁹
animi corporisq̄ mot⁹. Anxietas. Ira. Dolor. Sic-
cior simul, atq̄ feruentior aer: præsertim igne ca-
lescens. Ventus aridior & uiolētus atq̄ diutur-
n⁹. Humorem supra modū augēt his contraria.

DE VITA LONGA.

Ebrietas frequēs utrūq; facit: nimio. n. tū calore
 siccat, tū hūore suffocat ebriosū. Nihil āt magis
 q̄ cruditas ad utrunq; nocet. Vbi. n. nō ꝑcoq̄t ali
 mētū hinc quidē deest quo naturalē irriges hu
 morē: ide uero putrefactū supest, quod exūdās
 calorē obruat naturalē. Quāobré Auicēna cor
 rūpi sanguinem inqt, ubi digestio ipsa corrūpiť
 Secutus q; Galienū appellat digestionē, uitę ra
 dicē. Optima igit ē & quasi unica hęc regula Ga
 lienī: concoctionē cibi ꝑceteris ubiq; curare.
 Nā quod maximū uidetur esse ꝑceptū: salubri
 b⁹ uidelicet uti: nihil proderit, nisi coquas. Siqdē
 ex his ferme sicut ex ꝑtrariis noxi⁹ humor ꝑfluit
 si cruda mēbris influxerint. Ex cibis aut etiā mi
 nus arte laudatis, sepe minus malū accipiť nutri
 mētū si uehemēt⁹ ꝑcoq̄nt. Cruditatē igitur tāq̄
 grauē resolutionis siml, & suffocatōis cām diligē
 tissime deuitemus: q̄ritate uidelicet cibi potusq;
 nobis accomodata. Qualitate. Sīplicitate. ꝑꝑ
 parōe. Cōtritōe. Ieiunio reuocāte famē: ac si op⁹
 fuerit stomachi et exteriorē fomēto: reb⁹ q; qb⁹
 dā stīpticis ꝑ epulas int⁹ assūptis. Caueamusq;
 diligēter ne cibū pot⁹ exupet. Neu cib⁹ sit liq̄di
 or, aut durior: aut hic uť ille uald⁹ sit actu frigid⁹
 aut alimēta sint lōge diuersa: aut crudū addam⁹
 erudo. Hęc. n. cōcoctionē magnoꝑe ꝑhibēt. Ca

ueamus insup diligentissime, ne uel coitu statim
post cibum, uel sono meridiano sepius non ne-
cessario: uel nocturna uigilia, uel labore animi
ullo siue corporis iportuno uel alio quopiam pa-
cto digestionem impediamus. Digestionem dico eq-
dem non primam tantum, que fit in stomacho: sed
secundam et que fit in iecore. Terciam insuper que in
uenis. Quartam denique que in membris efficitur:
que longo quodam indigent interuallo: & quauis
impedita pabulum non suppeditat humor. Pro-
inde sicut digestionem, sic excrementorum purgati-
onem adiuuare imprimis necessarium est ad uitam.
Necessarium fordes etiam a cute detergere. Necessa-
rium est motus corporis tam continuus, tam tempera-
tus, tam uariis, quam celestium aerisque motus & ignis
& aque: seruata dumtaxat concoctionis & somni
necessitate. Defatigatione uero & resolutione
uitata. Preterea sub umbra situm carieque obdu-
cimus. Sub diuo sub lumine uiuimus. Quod pa-
ter meus Ficinus insignis medicus frequenter ha-
bebat in ore, Sed ad hec feliciter peragenda opere
partium foret, non tam urbanis negotiis quam rusticis quibus
dam exercitationibus a tenera statim etate corpore assue-
fecisse & quodammodo sibi interdum et nutrimentis:
& uite genere quodammodo uarium tenuisse. Quod me
sepe prudens ille monebat. Qui, n. in omni etate lau-

tissima quāda curiositate uiuūt: sepe min⁹ tuti uiuūt. Qui uero adolefcētes, se min⁹ assuefecerūt, adulti saltē assuefaciāt, cautiōrib⁹ tamen gradibus id tentantes.

Sāguis & humor ac comodat⁹ uitę aeri⁹ esse debet q̄litate tempat⁹: substantia medijs atq; tenax. Cap. V.

g Reçi oēs iter p̄cepta ad diuturnā uitā maxime necessaria mandant ut euchimis aliamur. Euchia uocam⁹ alimēta salubria: q̄ bonū affert nutrimentū. i. sāguinē bonū. Bonū uero sāguinē appellā⁹, n̄ frigidū, nō siccū, n̄ t̄bulētū s; calidū et hūidū atq; clarū. Calidū qdē calore n̄ acri. Hūidū uero hūore nō aq̄o. Clarū quoq; nec t̄n̄ iterea renuissimū. Iā uero feruētior sāguis, natale tū calorē exacuit, tū exsiccat humorē: & quez ip̄e hūorē ifert uel calorē resolubilē p̄stat atq; fugacē. Sanguis p̄terea hūidior p̄niorq; ad aquaz naturalem obtundit calorem: humorem quoq; naturalē uel hebetat: uel ip̄ellit sub calore liquefcere: p̄ suffocat hūiditate calorē: & oīno si q̄ portio natural' hūoris ex aq̄o sanguie trahitur, tum putrescit facile: tū cito diffluit atq; dissoluit. Hic efficit: ut q̄ mollioꝝ fruct⁹ herbasq; cōedūt, nisi raro forsā et p̄ medicia tūc uētrē leniēte sūmāt breui uēas succo crudo putrefactōiq; obnoxio penit⁹ impleāt. Ac ne id accidat, tuti⁹ p̄ alimēto uel

coquuntur: uel saltem cum pane miscentur. Sanguis ergo nec igneus esto: nec aqueus: sed aerius: non aeri crassiori similis: ne precipitior sit ad aquam. Non aeri subtilissimo, ne facile incalescat in ignem. Sed substantiam teneat mediocrem: in qua medius aer dominatum habeat plurimum: Cetera alimenta insint quatenus aeris accommodatur imperio. Non sit eius substantia subtilissima: ne humor est instabile generet, spiritumque uolatile, & dissolutioni subiectum. Non sit crassissima, alioquin & ingenio minime ministrabit: & uix in naturalis humoris ac spiritum permutabitur. Meatus obstruet: suffocationi dabit occasionem: Et spiritus qui uix tandem crassus inde creatur, densitate sua & ipse parum idoneus est ad uitam, & calorem naturalis ita suffocat, sicut fumus densior flammam comprimit protinus, & extinguit. Mitto quod saltem adeo tenebrosus est, ut uitam efficiat mestam morte deteriore. Imprimis autem ut mihi uidentur, si uita expediat diuturnam: sanguinem una cum substantia quidem aerea ualde, nec admodum crassa, habere glutinosum aliquem in se humorem atque tenacem, quale ferme cum subtilitate habet oleum oliuarum & humor anguille pinguis simul atque tenuis: & oleum ex terebentina quadam sublimatione tractum. Tu igitur alimenta ceteraque omnia quae

sanguinē pro uiribus humorēq; talē efficiant diligenter eligito. Sanguis. n. humorq; talis sicut oleum flāme, ita uitali calori pabulū est, & una cū subtilitate habet etiā firmitatē. Pręceptum eniz Rasis est pro iuuentute seruanda, rebus uti sanguinē ad pręcordia traducentibus, ibiq; condęsantibus, corq; fouentibus. Quod Auicenna pbat aquosū labilēq; sanguinē pręcipiens euitandum. Differēs aut in hoc pro differentia corporū ratio est habenda. Nā ubi densius corpus est, ad subtilitatē sanguinis: ubi rarius, ad crassitudinem eiusdē oibus est remediis declinandū. Vbi mediā corporis habitudo, uia similiter mediā tutius imus. Nunq̄ tñ naturalē corporis habitudinē extirpare conabimur: alioqn uitā ipsā extirparemus. Expedit insup meminisse, ubi subtilitatē sanguinis ualde ueremur: & stomach⁹ iterea nō sit admodū natura ualid⁹, minutioribus ad crassitudinē gradibus accedendū esse: dū gracilē hominē crassioribus alimētis nutrire cōtendimus: & fouendū interī stomachū: pducēdum somnū. Exercitationē corporis pro uirib⁹ agendā: animi minuendā, quę plurimis sepissime nocet. Ac si minus ferat alimēta uiscoza nimis duraq; uel ad modum frigida: usu saltē corallorū: sandalorū: rosarū: coriandrorū: mirobalanorū: cidoniorū &

diacidoniō, sacchariq; rosacei: stipticarūq; rerū
eā sanguinis humorisq; firmitatē deniq; conse-
mur: quā rebus nīmiū glutinosīs hic tuto conse-
qui non ualemus. Cōmodissime uero ex nucleis
pīneis pistaceisq; & glycirhizę succo & amido ad-
ditis amīgdalis dulcib⁹, earumq; oleo & cidoni-
orū semine atq; oleo sisamino una cum sacharo
candīdissimo aquaq; rosacea nutriuntur, qui uī-
scofa grandiorū aīalium membra cōcoquere ne-
queant. Concedem⁹ his pręterea extrema galli-
narū uī edorū & testudines, & limaces, atq; testi-
culos. Vīna dabim⁹ non alba: sed rubra stiptica
q;, & quodāmodo subamara. Aqua uinū ferrea
uel mastīcea tēperantes, oleo quoq; mastīcis ci-
doniorumq; curē leuiter leniemus: & uetabim⁹
interim quę sanguinē subtilē faciunt uel feruen-
tem: nisi forsan non nihil croci uel cīnamomi te-
naciōribus epulis infundam⁹: ut & facilius cōco-
quantur, & cocta per meatus angustos trans-
ferantur ad mēbra. Difficile nāq; est uīscosa uel
alimēta paulo firmiora ex stomacho nō admodū
ualido, usq; ad digestionē tertiā, q̄rtamq; perdu-
cere: nisi eiūsmodi uehiculis p̄ferātur atq; insup-
frictionibus leuibus prouocentur. Quas quidē
cū facies, manibus eas mollioribus facito: ac me-
mento madefacere manus odorifero quodā uī-

DE VITA LONGA.

no: in quo camomillam mirrumque coxeris atque
rosas.

Communis comedendi bibendique regula: & qualitas epularum. Cap. VI.

f Ed missa in presentia faciamus obtusissima
hominum corpora uel tenuissima: ad communem
uiuendi rationem perueniamus: communi medicorum
corporis habitudini prorsus accommodatam.
Caue ne ulla ratione meatus corporis uel supra
modum pateant uel nimium obstruantur. Ibi. n.
in resolutione & iniuria extrinsecus inferenda discrimen:
hic autem in putrefactione & suffocatione
periculum & si non artissimo regule freno quod Hippocrates
dant, te cohibeo: non tamen habenas tibi
ad licentiam usque relaxo. Herbas & fructus humidiores
accipe parce. Parcissime lac & pisces, & utrumque
cum melle. Parcissime frugos, atque cum aromaticis
ac semine piri. Similiter purum aque potum: atque
una cum puritate. Quae humidiora sunt uel pinguia
aromaticis acribusque condito: alioquin & humores
alienum membrum plurimum inferunt, atque putridum:
& si quae necessarium naturae humorem suggerunt:
hunc praestant cito admodum corruptioni subiectum.
Quod non aliter quam aquosum uinum conturbatur
celeriter & corrumpitur. Hinc cita canis-

AD P. O. ATIV 30
cies, & pallor rugositasq; senilis. Carnes quoq; si
quotidie comedantur, ac etiam si pōdere panis p-
pinquent, citam putrefactionē inferunt. Vnde
Porphyrius pythagoreorū antiquorūq; aucto-
ritate fretus esū aīalium detestatur. Nōne hoies
accepimus ante diluniū lōgeuos aīalibus peper-
cisse? Quanq; medici nō tam carniū usū uerant q̄
abusū. Deniq; humida tanq; putrefactioni obno-
xia fuge: memoria tenens humidos, & pingues
senescere citius atq; mori. Quod & Hippocra-
tes ait: & res ipsa declarat. Siccissima rursum accipe
moderate, uel saltē liberiore tēpera potu. Media
tutus eligito. Tā & si Auicēna formā cibi paulo
sicciorē molli preponit ad caniciē euitandā. Ad
frigida nīmiū aut calida cautissimus esto. Cali-
da simul & humida seque. Si feruet aer, epularū
humor calorē superet. Si friget, calor humorem.
Vtrobique uero modicus sit excessus. Vbique
calor & humor non nihil glutinosum habe-
at, atq; stipticū: ut illinc mēbris irrigatus humor
inhereat firmius: ac diu sub calore perduret. Ele-
ctum triticū & panis electus hoc imprimis habet.
Deinde rubrū stipticūq; uinū parūq; dulce. Ter-
tio pinei nucleī resq; his tēperie & lentore persi-
miles. Quarto carnes non humide simul atq; la-
xe, ut suille & agninq; lactentes. Medici tñ uete-

DE VITA LONGA.

res, maxime Galienus suis carnes, & sanguinē ppter quandā cum corpore nostro similitudinē ualde cōmendat. Optimē sunt igitur similib⁹ corporibus, ut rusticis & robustis corpusq; mltum exercitātibus: p̄sertī sī quatrīduū gariofilis, coriandris p̄paratis, sale cōditē seruētur. Et sāguis forsan utilis sī cum saccharo coquatur defecatusq; ad summū fuerit atq; liquēs. Sz ut ad numerū reuertamur, nō p̄bant carnes humidiores, q̄les diximus: nō durē simul atq; sicce, quales uerustioris leporis atq; bouis: sed medię q̄dam: ut gallinaceorū, pullorū, caponū, pauonū, fasiano rū, perdicū, forte etiā pulloꝝ colūbinorū, p̄sertim domesticorū. Tales quoq; sunt capreoli uirulicq; iuuenes: & anniculi uerueces pariter atq; apri. Edos nō sp̄no lactētes caseūq; recentē. Auiculas eq̄dē p̄termisi. Frequēs. n. subtiliorū alimētorū us⁹ stomacho solū p̄uenit crassiora minime tolerāti. Qui uero ualidior ē, fugacē ex his fumū reportat uel humorē. Oua t̄m gallinaꝝ nō pretermitto: sī uitellus una cū albo comedaī. Vitellus nāq; solus delicatorū est nutrīmentū, nam Auicenna p̄bat nutrīmentū nullū expedire magis in diminutōne sanguinis, & dissolutione spirīt⁹ cardiaci q̄ uitellū ouī gallinē uel perdicis uel fasianę. Neque forte ab re fuerit, anseres nutrīre

spelta aqua ue nitida: ac post necē carnes sale &
 coriandris aceto preparatis cōditas dies septez
 seruare prius q̄ edas. Ceruūq̄ similiter: si stoma-
 chus fuerit ualidissimus. Probabile nanq̄ est lō-
 geua quēdā aīalia ad uitam conferre longēuā: si
 tamen huiusmodi carnes iuuenes comedant, si-
 militerq̄ alię carnes uicissim suntotum asse tum
 elisse. Cib⁹ esto dupl⁹ ad potū. Panis dupl⁹ & sex
 galter ad oua: triplus ad carnes: quadrupl⁹ ad pi-
 sces, herbas, fructus humidiores. Ne incipiat a
 potu mensa: neq̄ potus sit semel uberior. Sēper
 stipticū aliqd absq̄ potu uel modico sequat mē-
 sam. Vbi cōplexio, etas, locus, tēpus ad calidum
 siccū ue labitur: tu quoq̄ paulisper ad opposita
 declinato. Vbi ad frigidum, aut humidū, simili-
 ter ad opposita uergito. Vbi temperies, seruato
 tēperiem. Eatenus aut̄ exercitacioni qdē corpo-
 ris est addēdum & animi detrahendum: quaten⁹
 epulis uescimur durioribus ad diuturnitatē uite
 aliqñ forsitan necessariis. Mensę tibi sint in nouē
 diei horis, duę: & utrobicq̄ parę. Parcior uero
 cęna. Exercitaciones corporis duę ferme post di-
 gestionē primā ad sudorē quasi pductę. Sōnus
 quidem nocturnus, quia semper est necessarius,
 semper bonus. Diurnus autem, nisi admodū ne-
 cessarius, nunq̄ bonus.

DE VITA LONGA.

Ne utaris alimentis quę cito putrescunt: nec in eiusmodi regionibus habites. Vinum & triticum præceteris elige: putrefactionem & resolutionem fuge.

Ca. VII.

a ○ Nimalia uero quęcunq; in nostram custodiam ueniunt mundis electisque alimentis nutrienda sunt antequam uescamur. Atque hæc & alia omnia ex pascuis altioribus & odoriferis eligenda sunt. Inter hæc regulam ante oculos ab Arnaldo philosopho comprobatam memori semper mente teneto. Aiantes, herbas, poma, fruges, uina, ex altis odoriferisque ut diximus regionibus eligere oportere: quas ueteri temperati serenant: Suaues solis radii fouent: Vbi aqua nulle stagnant: Culta sterquilino non pinguescunt: sed humore natiuo. Vbi etiam quęcunq; nascuntur, diu permanet incorrupta. Hic duntaxat habitandum est: his quoque uescendum. Neque confidendum est, ex alimentis quę breui putrescunt, humores nos comparaturos diuturnum & a putrefactione remotum. Neque sperandum facile nos diu uicturos, ubi terre fructus incorrupti diu non conseruantur. Vbi rari admodum homines sunt longeuui. Quantum uero sit in loco uictuque discrimen, pomum declarat persicum: in persia quod uenenum, in egypto cordis amicum. Et elleborus in aethiopia ipse superius: alibi uero uenenum. Aristoteles habitat oes

DE VITA LONGA
eligit altā ad meridiē orientēq; spectantē, sub ae-
re subtili, nec humido: nec frigido. Et Plato lon-
geuos in editissimis atq; tepatis repperit regio-
nibus. Deterrimū uero est stercorare agros, uel
aquas stagnātes ex agris minime deriuare. Oīa
enī illic citē corruptioni subiecta nascūtur. Quā
obré eos nō uitupare nō possum, qui sapientem
Hesiodū iccirco uitupāt q; i re rustica sterquiliniū
pretermiserit. Sed ille prudens salubritati potius
q; fertilitati cōsuluīt. Satis autē ex lupinorū fabarū
q; foliis tepestiue subuersis agrū pigrefieri pos-
se putauit. At uero si regiones humidiores imun-
dasq; colere, & alimenta minie duratura sūmere
cōpellamur: Eū quasi seruem⁹ uictū, quē sub ae-
re pestilēti medici mandauerunt. Qua de re in li-
bro contra pestilentia fatis egim⁹. Sūmatim ue-
ro suauib⁹ & quodāmodo calidis utemur odo-
ribus. Aloe rite preparata sepe leuiterq; purgabi-
mur. Rite uero preparatā dicimus: si lota fuerit
aqua rosacea, uel succo rosarū, aut si cū rosīs re-
centib⁹ cōmitis fuerit pfecte pmixta. Deinde ad-
datur ei mirobalanus, atq; mastix, & forte rosa.
Medicina hęc extra cōtrouersia mirabilis est ad
cōseruandā diu, mentē sanā in corpore sano. Pre-
terea corpus exercitabim⁹. Oportuno utemur
foco. Hoc puluere epulas condiemus, miroba-

DE VITA LONGA.

lanorū emblicarū sit pars uncię quarta: Sandalorum uero dimidia: cinamomi integra: octaua croci. Hoc itaq; puluere rebusq; simul acrib⁹ iminētē ex putridis alimētis & locis corrupcionē forsitā ihibere poterim⁹. Meminerim⁹ aut: ubi mltō plures putrefactione suffocatione q; q̄ resolutione, pereunt: ibi putrefactōi & suffocatōi maxie resistēdum. Vbi uero cōtra: uicissim uti cōdimentis aromaticis & quodāmodo austeris (ut dixim⁹) odoribusq; similib⁹ quouis tpe putrefactionem phibet. Vngi oleo, frigoris iniuriā. Vti lauacris ex aqua & oleo: resolutionē ex labore uel calidis tēporibus iminētē. Similiter os aqua sepe colluere: Succū glycirhizę uel sacharę cristalinū ore tenere. Aq̄ rosacea mltā, paucoq; aceto rosaceo man⁹ faciēq; pfūdere: Silib⁹ q; odorib⁹ uti. Septia q; q; hora alimētis modicis recreari: Corpore siml & animo conqescere, calore uitato. Plurimū uero interest quale sit triticū atq; uinū, quibus assidue uescimur. Hęc ergo sint talia, ut ultra annū & potius ad triennium integra perueerent: Si modo incorruptibilē ex his alimoniam sperare debemus. Vinum siue album siue rubrū sit, esto clarum: suauē: stipticum: odoriferum: & quod indigeat aqua. Nisi forte uinum reppereris, leue simul atq; durabile: quod rarissimum esse solet.

ADMOIATV 50
Quod uero ualidius ē, philosophus Isaach uinum dicit esse uinosum coctum sole, uentisque purgatū. Quod aqua fontis puri temperari iubet: aliquandiu antea q̄ bibamus: ut perfecti⁹ misceat. Aquosū uero uinū atq; debile uel acerbū, fugiēdū monet: utpote qđ intra uenas & membra acidū cito fiat, aut aliter putrefiat. Vinū qđ aquosum putrefactioni subiectū, si cōseruata eius substātia coctum fuerit, hoc saltem erit utile, alioquin non laudatum, quod humorem corruptibilem non creabit. Sed acumen eius aqua electa temperandum erit. Vinum uero quale probauimus, Isaach ex antiquorum sententia tiriācis magnis inquit esse persimile. Qđ (ut diximus) temperatum habitudinem corporis frigidam calefacit, refrigerat calefactam, humefacit siccā, humidiores uero desiccāt, atq; (ut Galienus ait) naturalem humorem recreat, calorē fouet, utrumq; contemperat. Miscere uero uinum eiusmodi magis necessarium est iuuenib⁹: min⁹ senibus: frigidis uero senib⁹, minime. Frigida nāq; duraq; senectus (ut inquit plato) ita mero feruet atq; mollitur: sicut uel igne ferruz: uel aqua lupini. Quod diximus per uinum opposita fieri, atq; dissidentia temperari: Scito etiā per glycirhizā fieri: sed debilius. Fieri etiam per oleuz

DE VITA LONGA.

rosaceum: sed extrinsecus. Hęc ergo tibi familiaria sunt. Neq3 diffidas q3cqd & qualitate tēperatum est, & uirtute potens, posse reliqua temperare: sicut frigus alia frigefacere. Id imprimis habere temperamento iouis: quo etiā saluberrima sunt. Sed de his alibi disputandū.

Dieta: Victus: Medicina senū. Cap. VIII.

q Vi septimum iam septenarium impleuerunt quinquagesimū attingentes annū, cogitēt Venerem quidem significare iuuenes: Saturnum uero senes, atq3 has apud astronomos stellas inter se maxime omnium inimicas existere. Rē ergo Veneream Saturnii fugiant: quę iuuenibus etiā uitę plurimū detrahīt. Non enī natis consulit: s3 nascituris: ipsasq3 etiam herbas statim pducto semine siccat. Pręterea frigus aerēq3 nocturnū leniferum sibi putent. Atq3 eum oīno uictū seruēt: ex quo sanguinē plurimū sperent, spiritūq3 q̄ plurimum: ex uitellis uidelicet ouorum recentibus: uino aliq̄tum quidē dulci: odorifero uero q̄ plurimum. Nam hic uitellus proprie cordis sanguinem, uinum præcipue spiritum recreat. Carnib9 electissimis coctuque facillimis omni summatim utantur dieta calidum pariter & humidum augente. Spiritum odoribus præsertim uini assidue recreent. Vigiliam & inediā sitimq3 deui-

DE VITA LONGA
tent laborem rursus corporis atq; animi & solitudinem & merorem. Musicam repetat si forte intermiserint: nunq; intermittenda. Ludos quosdam & mores quoad decet olim ante actę pueritię reuocent. Difficillimũ nãq; est (ut ita dixerim) reiuuenescere corpore: nisi ingenio prius repuerescas. Itaq; in omni etiam etate magnopere conducit ad uitam non nihil pueritię retinere, & oblectameta uaria semper aucupari. Longum uero profusumq; risũ minime: spiritũ nãq; nimis ad exteriora dilatat. Sed redeamus ad senes. Hi preterea si frigeat, fometa petat aromatica & calida si mul atq; humida. Meminerit puerile nõ esse, puerile illud Auicene fomentũ: factum qdẽ a Davide: sed tardius forte factũ. Fomentum seni mirificum. Medulla recentis adhuc calentis panis infuso maluatico uino cum puluere mentę: apposita stomacho & sepe ad olfatũ adhibita. Nã & medulla eiusmodi etiam sola Democrito iam expiraturũ retinuit spiritum quoad placuit fugitiuum. Preterea frictionibus utatur leuibus, seu quãdoq; lauacris nutrimentũ puocantib; ad extrema. Nucleos atq; oia pineos uidelicet ablutos familiares habeat. Hoc. n. nutrimentũ medici ueteres senibus aptissimum probauerunt. Calidũ eni & humidũ ẽ & pigre: & oẽ lenit asperitatẽ:

DE VITA LONGA.

atq; simul quod mirū est dum naturalez humo-
rē auget, iterea superfluū desiccāt putridūq; ex-
purgat humorē. Sūt qui nucleorū eiusmodi dra-
chmā unam quotidie post cibos exhibent seni-
bus comedendā. Ego drachmam quoq; alteraz
ieiuno stomacho senibus exhiberē: uel recēs, ca-
lēs, auratū, pinucleatū. Cōponerē quoq; electu-
arium hoc pacto. Sūme amigdalarū dulciū mun-
darum uncias quatuor: tantū dē eiusmodi nucle-
orū: pistaciorū duas: unā seminū cucumeris: unā
nucū auellanarū mundarū: cōtunde, coque una
cum candidissimo saccharo: cui tamē addideris
pigeat perquirere a medicis q̄ naturaliter tua sit
dieta: & ab astrologis, quę stella uitę faueat. Et
quando hęc bene se habet, & ad eam luna, cōpo-
ne quę p̄desse didiceris. Neq; pudeat sepe illos
auscultare: qui non tā fortuna, q̄ uirtute senectu-
tem prosperā consecuti uidentur. P̄terea Pro-
lemęus & ceteri professores astronomię imagi-
nibus q̄busdā ex certis lapidibus & metallis, sub
certo sidere fabricatis uiram prosperā pollicen-
tur, atq; longeuā. Verū de imaginibus q̄dem ex
parte ac plurimū de reliquo fauore celesti cōmē-
tarium componimus in Plotinum. Quem librū
huic operi deinceps subiciendum existimamus.
Quemadmodum, hoc post librum scribi uolu-
mus: quem de curanda litteratorum ualitudine

DE VITA LONGA.

composuimus. Fauorem uero cęlestem quem modo dicebam, pro iuuentute longa, nunc quā tum quasi poetę cui dam licet loqui: quantū rursus medico licet facere, a Phębo Bacchoque petemus.

Solis ęterna est Phębo Bacchoq; iuuentus.

Nam decet in tonsis crinis utrunq; deum Phębus & Bacchus sęper indiuidui fratres sunt: Ambo fere sunt idę: Phębus quidę est ipsa spherę illius anima. Sphera uero Bacchus: immo & Phębus est rotus ipse spherę circulus. Bacchus autem est flammeus ille in hoc circo, circulus: imo uero Phębus est almū in hoc flammeo globo lumen. Bacchus autem existit ibidę salutaris ex lumine calor. Semper ergo fratres comitesq; sunt: fere semper alter & idem. Quid uero? Si sol in uere quidę Phębus est, cantu suo tunc auium cantus excitans: Cithara rursus tempora temperans. In autunno uero, Sol idem auctor uini Bacchus existit. Tria nobis ad seruandam iuuentutem pater ille Liber qui amat colles Bacchus affert. Hos quidę apricos primum colles. In his autem collibus suauissimum pręcipue uinū. Perpetuā i uino securitatę. Tria quoq; Phębus Bacchi fr̄ pari benignitate largit̄. Diurnū p̄

DE VITA LONGA
mo lumen: sub fomento luminis herbas suaui-
ter redolentes. Ad luminis huius umbram citha-
ram cantumque perennem. His ergo pensis potis-
simum: his staminibus Clotho nobis iam non par-
ca longa vite fila producet. Tres parcas fere om-
nes poetę canunt. Tres quoque nos non poetę ca-
nimus. Prudens quidem in omni uictu parcitas ui-
tam nobis longam inchoat. Constans quoque in cu-
ris subeundis parcitas producit uitam. Parcitas uero in
celo fruendo negligens uitam occat. Tres Pythago-
ras temperantias ante omnia celebrat: tres etiam nos in pre-
sentia celebramus. Temperantiam in affectibus con-
seruato: temperantiam in omni uictu seruato. Tem-
perantiam in aeris obseruato. Hac enim prouidentia
humorum intemperie que citę senectutis & inte-
pestiue mortis causa est aspirante deo procul ad-
modum propulsabis. Aspirabit autem auctor il-
le uite: si ea tantum conditione uitam optaueris
diuturnam, ut diutius cum generi humano ui-
uas, tum maxime uiuas illi, quo mundus totus in-
spirante uiuit.

F I N I S .

DE VITA CAELITVS:

Prohemium In Librum De Vita Cęlitus.

ARSILIVS Ficinus Florentinus Se-
renissimo Pannonię Regi semp inuicto.
Philosophi ueteres rex oim felicissime
cęlestium uires inferiorũq; naturas diligentissime
perscrutati: Cum existimarēt hominē frustra sa-
pere: qui nō sibi sapit, totam merito perscrutatō-
nem suam imprimis ad uitā sibi cęlitus cōparandā
retulisse uidentur: iudicantes (ut arbitror) tū ele-
menta, & quę ex his cōponuntur frustra sibi co-
gnita fore: tum mot⁹ cęlestium, & influxus teme-
re nimitū obseruatos: nisi hęc una cū illis cog-
nita simul, atq; cōiuncta, aliquādo sibi ad uitā fe-
licitatemq; conducerēt. Profuit autē illis ut ui-
detur, eiusmodi contēplatio, ad uitā primo pre-
sentē. Nam Pythagoras & Democritus Apollo-
niusq; theaneus & quicunq; ad id potissimū stu-
duerunt rerū sibi cognitarū usu prosperam ua-
litudinē cōsecuti sunt: uitāq; longęuam. Contu-
lit insuper ad futuram uitā, tum per gloriā apud
posterios propagandā: tū apud deum in ęterni-
tate fruendā. Siquidē ex mirabili mundi totius
ordine eius tandē cognouere rectorem: & ante
omnia cognitū amauerunt. Tibi uero gloriā
per sęcula cuncta, futurā magnanimitas, magni

ficētia, uictoria ppetua pollicēt. Vitaz quoq; a
pud deū i quo beatā, diuina clemētia, insigni pi-
etati tuę iusticięq; pmittit. Vitā deniq; pspēraz
iter mortales fatiq; longā q̄tū ex inditiis q̄bus-
dā mihi licuit cōiectare felicia tibi sidera decre-
uerūt. Vt autem quod pollicentur, id & p̄stent
firmiſſima fide & cumulo inſup progēt plenio-
re. Diligētia tua, & medicorū, astrologorūq; cu-
ra efficere p̄culdubio poteſt. Iā uero id poſſe ſci-
entia & prudētia fieri doctiſſimi quicq; astrolo-
gi, ac medici cōfitētur. Cum igiſ inter Plotini li-
bros, magno Laurētio Medici deſtinatos, in li-
brum Plotini de fauore cęlitus hauriēdo trac-
tātē nuper cōmētariū cōpoſuiſſē: inter cętera in
eū noſtra commētaria numeratū id quidē ſelige-
re nūc Laurētio quidē ipſo p̄bāte. Atq; maiesta-
ti tuę potiffimū dedicare decreui. Spero equidē
dum uitę tuę prosperitatiq; cōſulam, uitę interi
& ſplēdori ſęculi nr̄i, & humani generis cōſultu-
rū. Atq; ut ualitudini prosperitatiq; regię ualidi-
us hęc nr̄a p̄deſſent: p̄ Valorē ip̄m mittenda pu-
taui. Hunc tu igiſ Valorē nr̄m clemētiffime Rex
cōplectere p̄cor. Tātū ei natura, uirtus, auctori-
tas tua ualet: ut abſq; te neq;at uel Valor ip̄e ua-
lere. X. Iulii. M. CCCC. LXXXIX. Florētis.

DE VITA CAELITVS.

Verba Marfilii Ficini Ad Lectoré sequentis
libri.

f Alue hospes ingenioſe. Salue iterũ quiſqꝫ
es ſalutis auíd⁹, qui nra ad limia tendis. Vide p̄
cor hospes cupide primũ, q̄ hoſpítalis ſim. Intra
tis erat certe, ſalutẽ ſtatĩ hoſpítio dicere. Ego ue
ro ſalute p̄ueniens, mox p̄ſpectũ ſaluere te iuſſi.
Intraťẽ & adhuc ignotũ p̄libẽter excepi. Trahẽ
ťẽ apđ me moras, p̄miſſa (ſi de⁹ aſpírauerit) ſalu
te donabo. Hoſpítũ ergo nact⁹ es amicũ q̄dem
oibus: & amoris nũc erga te plenũ. Si qđ forte
fers tecũ aõri p̄trariũ: Si qđ habes odĩi, p̄ri⁹ ponĩ
to p̄cor q̄ medicinas hĩc uítales attĩgas. Vitã enĩ
tĩbĩ dedit aõr, uoluptaſqꝫ pentũ. Vitã uicĩſſĩz de
mit odiũ, atqꝫ dolor. Quẽ igĩť odioſus uexat do
lor: huĩc null⁹ uſqꝫ medicĩne uítali relĩct⁹ ẽ locus.
Quãobré deĩceps te nõ ut hoſpítẽ tĩm, iam allo
quor: ſed amicũ. Officĩna Marfilii tui aliq̄to eſt
amplĩor, q̄ hĩs cãcellĩs dũtaxat, quos hĩc uĩdes,
coerceatur. Nõ. n. ſolo hoc libro ſequẽte: ſz duo
b⁹ etiã p̄cedẽtib⁹ circũſcribĩť. Tota uero ſũma
tĩm medicĩna qđã ẽ p̄uirĩb⁹ opítulatura uíte: ut
ualida tĩbĩ uita ſit, ut lõga. Idqꝫ ubiqꝫ medicorũ
ope cęlit⁹ adiuta molĩť. Varia ſane p̄ diuerſĩs ho
minũ ingeniĩs, atqꝫ naturĩs nra hęc officĩna, aťi
dota, pharmaca, fomenta, ũguenta, remedia p̄

DE VITA CAELIVS
fert. Siqua tibi fortasse minus placeant:mittito
quidē ista. Cetera propterea ne respuito. Deni-
q; si non probas imágenes astronomicas, alio-
quin pro ualitudine mortalium adiuuentas q̄s
& ego non tam p̄bo q̄ narro:has utiq; me con-
cedente:ac etiam si uis cōsulente dimittito. Me-
dicinas saltē celestī quodā adminiculo cōfirma-
tas, nisi forte uitā neglexeris, ne negligito. Ego
.n.frequentī iam diu experientia cōpertum ha-
beo:tantum interesse inter medicinas huiusmo-
di,atq; alias absq; delectu astrologico factas,q̄
rū inter merū atq; aquā: ut etiā infans octauo a
conceptōne mēse natus, florentię mēse martio,
nocte ascendente Saturno retrogrado, semiu-
uus,eiusmodi diligentia uideatur a nobis imo a
Deo quasi uitę redditus,poti⁹ q̄ seruat⁹. Tri-
enniumq; ualidus ferme iam impleuerit. Iam ue-
ro si pręterea generis eiusdē plura narrauero,ue-
ra loquar. Nec gloriabundus(quod est a philo-
sopho penitus alienum):sed exhortabund⁹ po-
ti⁹ afferā. Verū satis iā partī qdē cociliantes,pti
etiam exhortātes allocuti te sum⁹: deinceps igi
cum Plotino loquamur, ita demum tibi diligen-
tius consulturi.

In om̄ibus que hic & alibi a me tractantur,tā-
tū assertū esse uolo: q̄tū ab ecclesia cōprobatur.

MARSILII FICINI FLORENTINI LIBER
DE VITA CAELITVS COMPERAN
DA COMPOSITVS AB EO IN-
TER COMENTARIA E-
IVSDEM IN PLOTI
NVM.

In quo cōsistat secūdū Plotinū uirtus fauorē
cēlitus attrahens scilicet in eo q̄ anima mundi,
& stellarum, Demonūq; anime facile alliciūtur
corporū formis accomodatis. Cap. primū.

I tantū hęc duo sint in mūdīo: hinc q̄
dē itellect⁹: inde uero corp⁹: Sed ab
sit aīa: tūc neq; itellect⁹ trahet ad cor
p⁹: imobilis. n. ē omnīo caretq; affec
tu motionis principio, tanq̄ a corpore longissi
me distans: neq; corpus trahetur ad itellectū,
uelut ad motum per se inefficax, & ineptum: lō
geq; ab itellectu remotum. Verum si iterpona
tur anima utriq; conformis, facile utrinq; & ad
utraq; fiet attractus. Primo quidē ipsa omni
um facillime ducitur: quoniā primum mobile ē,
& ex se & sponte mobile. Pręterea cum sit (ut di
xi) mediā rerum, omnia suo ī se modo continet,

& utrinque ratione propinqua. Ideoque conciliatur, & omnibus: etiam equaliter illis que inter se distant: ab ea uidelicet non distantibus. Præter enim id quod hinc quod de conformis est diuinis: inde uero caducis, & ad utraque uergit affectu, tota interi est simul ubique. Accedit ad hæc, quod anima mundi totidem saltim rationes rerum semiales diuinitus habet: quot ideæ sunt in mente diuina: quibus ipsa rationibus totidem fabricat species in materia. Vnde unaquodque species per propriam rationem semialem proprie reddet ideæ, facileque potest per hanc sepe aliquid illic accipere: quoniam quod per hanc illinc est effecta. Ideoque si quando a propria forma degeneret: potest hoc medio sibi proximo formari rursum, perque id medium inde facile reformari. Ac si certe cuidam rerum speciei, uel indiuiduo eius rite adhibeas multa, que sparsa sunt: Sed eidem ideæ conformia. Mox in materiam hanc ita opportunè paratam, singulare munus ab idea trahes per rationem uidelicet animæ semialem. Non enim intellectus ipse proprie: sed anima ducitur. Nemo itaque putet certis mundi materiis trahi numina quedam a materiis penitus segregata: Sed Demones potius animati que mundi munera stellarumque uiuentium. Nemo rursum miretur per materiales formas animam quasi allici posse. Siquidem

DE VITA CAELITVS.

escas eiusmodi sibi congruas ipsamet, quibus al-
 liceretur, efficit: et semper libenterque habitat in
 eisdem. Neque in mundo uiuente toto quicquam repe-
 ritur tam deforme, cui non adsit anima: cui non in-
 sit & anime munus. Congruitates igitur eiusmodi
 formarum ad rationes anime mundi Soroaster di-
 uinas illices appellauit: quas & Sinesius magicas
 esse illecebras confirmauit. Nemo denique cre-
 dat ad propriam quandam materie speciem et tem-
 pore certo hauriri omnia prorsus ex anima do-
 na: Sed pro oportunitate dona duraxat seminis
 quo talis spes pululauit: seminumque conformium. Ita
 que hic homo humanis tantum adhibitis non propri-
 as piscium uel auium dotes, inde sibi uedicat: sed hu-
 manas atque consimiles. Adhibitis autem que
 ad stellam talem pertinet atque Demonem, stel-
 le Demonisque huius proprium subit influxum, ue-
 lut lignum per sulfur paratum ad flammam ubi-
 que presentem. Atque hunc non modo per ipsos
 stelle demonisque radios: sed etiam per ipsam
 mundi animam ubique presentem: in qua et cu-
 iuslibet stelle Demonisque ratio uiget: partim
 quidem seminalis ad generandum: partim eti-
 am exemplaris ad cognoscendum. Hec enim secundum
 Platonicos antiquiores rationibus suis edifica-

371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500

uit ultra stellas in celo figuras : partesq; ipsaruz
tales, ut ipse quoq; figure quedam sint : impressit
q; his omnibus proprietates. In stellis autē figuris,
partibus, proprietatib⁹, omnes rerum inferiorum
species continentur, & proprietates earū. Vniuersales
uero figuras octo posuit atq; quadraginta scilicet in
zodiaco duodecim: extra uero sex atq; triginta.
Item in zodiaco triginta sex ad numerum facierum.
Rursus ibidem ter cetū, atq; sexaginta ad numerum
graduuz. In quouis enim gradu sunt stelle plures,
ex quibus ibi conficiuntur imagines. Similiter
imagines extra zodiacum in plures diuisit
figuras pro facierum ibidem graduumq; suorum
numero. Constituit denique ab imaginibus his
uniuersales imagines habitudines, & proportiones
quedam, que ipse quoq; imagines illic existunt.
Eiusmodi uero figure continentur queq; suam
habent ex radiis stellarum suarum in se inuicē
peculiarī quadam proprietate coniectis. A quibus
formis ordinatissimis dependent inferiorum
forme, illinc uidelicet ordinate. Sed & celestes
illę tanq; & inter se disiunctę, procedunt a
rationib⁹ anime coniectis inuicem: & quodammodo
mutabiles, a stabilibus. Sed hę quatenus se
ip̄as nō comprehendunt, referuntur ad formas
in mēte

uel animali uel eminentiore sese cōprehēdētes: quę tanq̄ multiplicēs redigūtur ad simpliciſſimū unū atq; bonū, ſicut figurę cęleſtes ad polū. Sed redeamus ad aīam. Quādo igiſ aīa gignit ſpectiales inferiorum formas uireſq; eas per ratioēs efficit proprias: ſub ſtellarū formarūq; cęleſtium adminiculo. Singulares uero indiuiduorū dotes: quę ſepe nonnullis inſunt tam mirabiles q̄ in ſpeciebus eſſe ſolent exhibet per ſeminales ſimiliter rationes: non tam ſub adminiculo formarum figurarūq; cęleſtiū, q̄ ſitu ſtellarum & habitu motionū, aſpectuūq; planetarū, tum inter ſe, tū ad ſtellas planetis ſublimiores. Anima q̄dem noſtra ultra uires membrorū proprias communes ubiq; promit in nobis uitę uirtutē. Maxime uero per cor, tanq̄ ignis animę proximi fontem. Similiter aīa mundi ubiq; uigens per ſolem præcipue ſuam paſſim explicat cōmunis uitę uirtutē. Vnde quīdam aīam & in nobis & in mundo, in quolibet membro totam, potiffimū in corde collocant atq; ſole. Sēper uero memento ſicut aīę noſtrę uirtus per ſpiritū adhibetur membris: ſic uirtutem animę mundi per quintā eſſentiā, quę ubiq; uiget tanq̄ ſpūs intra corp⁹ mundanū, ſub aīa mundi dilatari per oīa: maxime uero illis uirtutem hanc infundi: quę eiufmodi ſpūs plurimū

hausert. Potest aut quita hęc essetia nobis it⁹
magis magisque assummi: si quis sciuerit eam aliis ele-
mentis imixtam plurimum segregare: uel saltē his re-
bus frequēter uti, quę hac abundant, puriore pre-
ferri. Ceu electum uinum, & saccharum, & balsamum,
atque aurum, preciosique lapilli, mirrobalanique & quę
suauissime redolent: & que lucent. Maxime uero que
subtili substantia qualitate habet calidam, humi-
damque, & claram. Quale preter uinum est albissi-
mum saccharum: presertim si huic adhibueris au-
rum, odoremque cinnami, atque rosarum. Preterea si-
cut alimenta rite in nobis assumpta per se non ui-
ua, rediguntur per spiritum nostrum ad uitę nostre
formam: sic & corpora nostra rite accomodata
corpori spirituique mundano uidelicet per res mu-
danas, & per nostrum spiritum, hauriunt ex uita mun-
dana quam plurimum. Si uolueris ut alimentum rapi-
at pre ceteris formam cerebri tui uel iecoris atque
stomachi: simile quantum potes accipe alimentum, id
est cerebrum, & iecur, & stomachum, aialium, ab hu-
mana natura non longe distantium. Si optas cor-
pus tuum atque spiritum, ex aliquo mundi membro, uide-
licet ex sole uirtute accipere, quere que ante alia sunt
solaria: inter metalla lapillosque, magis aut inter
plantas. Sed inter aialia magis. Maxime inter ho-
mines. Similiora enim tibi magis proculdubio co-

ferunt. Hęc & extra sunt adhibenda: & intus p
uiribus affūmenda: p̄fertim in die, & hora so-
lis, & sole in figura cęli regnante. Solaria uero
sunt oīa ex lapillis, & floribus, quę elitropia no-
minant̄, quia uertuntur ad solem. Itē aurū, & au-
ripigmentū, aureiq; colores, crysolitus, carbun-
culus, mirra, thus, muscus, ambra, balsamū, mel
flauū, calamus aromatic⁹, croc⁹, spica nardi, cin-
namomū, lignū aloes, cęteraq; aromata. Ariēs;
astur: gallus: olor: leo: cātarus: crocodill⁹: hoīes
flaui: crīspi: sępe calui: magnanimi: sup̄iora partī
cibariis, p̄tim unguētis subfumigatōibusq; p̄ti-
usui accōmodari possūt. Hęc sentiēda, & cogitā-
da frequēter, & īprimis amāda. Et luminis pluri-
mum est q̄rendū. Si dubites uentrē ab iecoris
fomēto destitui, trahe ad Ventrē iecoris faculta-
tem, tū frictionib⁹, tum fomētis, per ea q̄ iecori
congruūt: per cicoreā: endiuīā: spodiū: & eupa-
toriū: & epaticā: atq; epata. Sim̄iter ne destituaī tu-
uz corp⁹ ab Ioue, moue corp⁹ ī die, horaq; & reg-
no Iouis: & utere interim Iouialibus. Argento;
iacinto: topatio: corallo: christallo: berillo: spo-
dio: Saphiro: uiridib⁹ aerūsq; coloribus. Vino:
saccharo: albo melle: & cogitatōib⁹ affectibusq;
p̄limū. Iouialib⁹. i. p̄stantib⁹, equis, religiosīs atq;
legiferis & inter homīes eiusmodi, sāguīneosq;

& pulchros, uenerabilesq; uersabere. Sed me-
mento primis illis rebus frigidis inferendum esse
aurum: & uinū: mentāq; & crocum: & cinnamo-
mū: atq; doronicū. Aialia uero Iouialia esse Ag-
num: pauonēq; & aquilam: & iuuenū. Quo-
modo uero uirtus Veneris attrahatur turturib;
Columbis, & motacillis, & reliqs non permittit
pudor ostendere.

De Concordia Mundi

De natura hominis secundum stellas.

Quomodo fiat attract⁹ ab unaquaq; stella.

Caput .II.

n Equo uero diffidere debet quicquid, nos atq; oia,
que circa nos sunt, preparamētis quibus-
dam posse sibi uendicare celestia. Nā celitus hec
facta sunt: assidueq; regunt: & illinc imprimis pre-
parata sunt ad illa: & quod maximū est, mundus
aial in se magis unū est, q̄ quoduis aliud animal:
si modo est animal p̄fectissimū. Ergo sicut in no-
bis membri cuiuslibet p̄sertim principalis qua-
litas motusq; ad alia p̄tinet: ita membrorū prin-
cipalium actus in mūdo commouent omnia: &
membra inferiora facile capiunt a supremis ultro
dare paratis. Quo enim potentior causa est: eo
est promptior ad agendum: eo igitur propēsi-
or est ad dandum. Exigua igitur preparatio nobis

DE VITA CAELITVS.

*insuper adhibita sufficit cęlestiũ munerib⁹ capiẽ
 dis: si modo quisq³ ad id præcipue se accõmodet
 cui est præcipue subditus. Sed ante uniuscuius
 q³ nostrum proprietatẽ, humanę speciei pprie-
 tatem cõsiderare debemus. Hęc igit esse solarẽ,
 astrologi arabes cõsenserunt. Quod ego e statu-
 ra hominis erecta: pulchraq³: humoribusq³ sub-
 tilibus: & spũs claritate: imaginationisq³ perspi-
 cuitate: studioq³ ueritatis & glorię: uerũ esse cõ-
 iecto. Addo quineriã proprietatẽ huic Mercu-
 riale: ob strenuum uersatilis ingenii motũ. Et
 quoniã humanũ genus natum nudũ: inermẽ: om-
 niũ egenum: hęc oĩa propria industria sibi cõpa-
 rat: Quod est Mercurii propriũ. Addo etiã Io-
 uialem: ob cõplexionẽ corporis temperatam at-
 q³ leges. Et quoniã secũdo mense, quo Iuppiter
 dominaĩ, uitam accipimus: atq³ nascimur nouo:
 quo iterũ recipit dominatũ. Itaq³ humana speci-
 es ab his tribus potissimũ dotes insuper amplio-
 res ita demũ sibi poterit uedicare: Si per Solaria,
 Mercurialiaq³, & Iouia seipsã eis magis indies at-
 q³ magis accõmodabit. De reliquis autem quid?
 Saturnus non facile communẽ significat huma-
 ni generis qualitatem atq³ sortẽ: Sed hominẽ ab
 aliis segregatum: diuinũ: aut brutũ: beatũ: aut ex-
 trema miserã pressum. Mars: Luna: Venus: affe-*

ctus & actus homini cū ceteris animātib⁹ eque
cōmunes. Ad solē igit̃ & Iouem, atq; Mercuriū
reuertamur. Solaria q̄dem nonnulla & Iouia di-
ximus: Mercurialia uero nescio quō p̄termisi-
mus. Sunt autē eiusmodi. Stānū: Argentū: p̄-
ferrim uiuū: Marcassita argentea: lapis achates:
uitrū: porphyriticum: & quę crocēū cū uiridi mi-
sceant, smaragdum atq; lacca. Aīalia sagacia &
ingeniosa simul & strenua, simiē: canes. Homies
eloquētes: acuti: uersatiles: oblonga facie: mani-
busq; non piagues. Sunt autē quęrenda, & ex-
ercenda q̄ ad aliquē planetā attinēt: eo uidelicet
dominante (ut diximus) in die & hora eius si fieri
potest: etiā quādo ipse sit in domicilio, uel exal-
tatione, uel saltē triplicitate sua & termino & an-
gulo celi: extra cōbustionē directus: ac sepi⁹ ori-
entalis: si sole sit superior. Itē in auge: & aspiciat̃
a luna. Si q̄s aut̃ ab ipsa Luna beneficiū, & a Ve-
nere poscat, t̄pa similia obseruare debebit. A Ve-
nere q̄dem per aīalia sua q̄ dixim⁹, & per corneo-
lam: & saphyrū: lapidēq; lazoli: & crocēū atq; ru-
beū: & corallū: om̄sq; pulchros uariosq; uel uiri-
des colores: & flores: atq; concentus: suauesque
odores: atq; sapes. A Luna p̄ alba, & humida,
& uiridia, per argentū atq; cristallū, & uniones,
& argenteā marcassitam. Quoniā uero Satur-

DE VITA CAELTIVS.

nus q̄dem statui & perseverãtię dominãt: Mars
 aut̄ efficacię motus: cogimur nõnunq̄ horũ quo
 q̄ gratia ab eis patrociniã postulare: t̄pibus uĩ-
 delicet similiter obseruatis. Ab illo q̄dem p̄ ma-
 terias quasdã quodãmodo terreas, & fuscas, at-
 q̄ plũbeas, & fuscũ iãspidẽ, & magnetẽ, & camoi-
 num atq̄ calcidoniũ, & ex parte q̄dam per aurũ,
 & aureã marcaffitã. A Marte uero p̄ ignea, rubea
 es rubeũ. Sulphurea oĩa. Ferrũ lapidẽq̄ sãguine-
 um. Neq̄ diffidas saturnũ habere nõ nihil i au-
 ro. Nã p̄pter p̄odus id̄ putat̄ habere. Quĩetiani
 Soli aurũ simile sic oĩb⁹ metallis iest, sicut Sol in
 planetis oĩbus atq̄ stellis. Iam uero si q̄s cõuice-
 rit Saturnũ & Martẽ natura noxios esse, qđ eq̄-
 dem nunq̄ crediderim: tñ his quoq̄ utẽdũ: quẽ-
 admodũ uenenis nõnunq̄ utunt̄ & medicĩ: Qđ
 Ptolemęus in Centilogo probat. Proderit ergo
 quãdoq̄ uis Saturni caute sũpta: sicut apud me-
 dicos, quę astringunt atq̄ continēt: imo & quo
 stupefaciunt, sicut oppiũ & mãdragora. Mar-
 tis quoq̄ sicut euforbium & elleborus. Cautissi-
 mi uero hac in re fuisse uident̄ magi brachmanes
 Pythagorici: Qui cũ ob sedulum philosophãdi
 studiũ Saturni tyrãnidẽ formidarẽt, uestibus al-
 bis amiciebãt: Iouialib⁹ q̄, siue phębeis quotidie
 sonis & cãtib⁹ utebãt: plĩmũq̄ sub diuo uiuebãt.

Vbiq; uero memeto per affectu studiuq; animi
& per ipsam spūs qualitatem, nos facillime subito
q; exponi planetis eundem affectum ac eiusmodi
studiu & qualitatem significantibus. Per separa-
tionem igitur a rebus humanis: per ocium: solitudi-
nem: firmitatem: per theologia: secretiorēq; philoso-
phiam superstitionem: magia: agriculturam: per me-
rorem Saturno subiicimur. Per ciuilia & ambici-
osa negocia, per philosophiam naturalem, comunem
q;: per religionem ciuilem: perq; leges Ioui. Marti
per iram atq; certamina. Soli Mercurioq; per stu-
diu eloquentie, cantusq; & ueritatis & glie atq; so-
lertiam. Veneri per leticiam & musicam & festiua. Lu-
ne per uictum plantis simile. Sed hanc inter hos
differentiam mente teneto exercitationem ingenii
magis publicam atq; amplam ad solem spectare: Pri-
uatam uero & artificio macipatam, poti⁹ ad Mer-
curium. Tum uero musicam grauem qdem Iouis Solis
q; esse: Leuem Veneris: Medianam uero Mercurii.

Similis quoq; de stellis fixis ratio est. Hec qui-
dez comunis humane speciei regula. Propria ue-
ro unicuiq; regula fuerit explorare, q stella, qd
boni, cuiq; in genitura pmiserit, atq; ab ea poti⁹
q ab alia reposcere gram. Et ab unaquaq; no qd
libet donum, & quod aliarum est: sed eius pprium ex-
pectare: nisi forte tum a sole comunia, multa re-

DE VITA CAELITVS.

portes: tãq̃ cõmuni quodã duce celestius, & ab Ioue ferme similiter: tũ mũdana pariter omia ab anima spĩrituq̃ mũdi. Quẽ sicut & quoduis aial: multoq̃ efficacius aiatum esse: non solum Platonicę rationes: sed etiam astrologorũ arabum testimonia cõprobant. Vbi etiã probant ex applicatione quadã spũs nostri ad spĩritũ mundi per artẽ phisicã affectũq̃ facta, trahici ad aiam corpusq̃ nostrũ bona celestia. Hinc q̃dem per spĩritũ nrm̃ in nobis mediũ, & tunc a mũdi spĩritu roboratũ: ide uero per radios stellarũ feliciter agẽtes in spũm nostrũ, & radiis natura similẽ: & tũc seipsũ celestibus coaptantẽ.

Inter aiam mundi & corpus eius manifestum est spũs eius, in cuius uirtute sunt quattuor elementa. Nos uero per spũm nostrum hunc possumus haurire.

Cap. III.

p Rofecto mũdanũ corpus q̃rũ ex motu generationeq̃ apparet est ubiq̃ unũ: qd̃ idorũ philosophi pbant ex eo q̃ passim ex se uiuentia generet. Ergo p aiam uiuit ubiq̃ sibi p̃sẽtẽ, ac p̃sus accõmodatã. Igit̃ inter mũdi corp⁹ tractabile, & ex p̃te caducũ: atq̃ ipsã eius aiam, cui⁹ natura nimiũ ab eiusmodi corpore distat: iest ubiq̃ spũs: sicut iter aiam, & corp⁹ in nobis: si mõ ubiq̃ uita est cõmunicata seper ab aia corpori

crassiori. Talis nanq3 spiritus necessario requiritur tãq̃ mediũ: quo aia diuina: & adsit corpori crassiori: & uitam eidẽ penit9 largiat. Corp9 autẽ omne facile tibi sensibile, tãq̃ sensib9 tuis accommodatũ, crassi9 ẽ, & ab aia diuinissima lóge degenerans. Opus est igit̃ excellẽtioris corporis adminiculo quasi nõ corporis. Proinde scimus uiuẽtia oia tã plãtas q̃ animalia: p̃ quẽdã spũm huic similitẽ uiuere atq3 generare. Atq3 iter elemẽta, qđ maxime spiritalẽ ẽ, uelocissime generare: p̃petuoq3 moueri q̃si uiuẽs. Sed quẽres interea, si elemẽta atq3 animãtes generant aliqd sibi simile suo quodã spũ, cur lapides & metalla nõ generãt: q̃ iter elemẽta & animãtes media sunt. Quia uidelicet spiritus i eis crassiori materia cohibeẽt. Qui si qñ rite secernãt, secretusq3 cõseruet: tãq̃ semina uirt9 poterit sibi simile generare. Si modo materie cuiãdã adhibeatur generis eiusdẽ qlẽ spũm phisici diligẽtes sublimatõe quadã ad ignem ex auro secernẽtes: cui uis metalloꝝ adhibebũt: aurumq3 efficiẽt. Talẽ utiq3 spũz ex auro uł ex alio rite tractũ, atq3 seruatũ elixir arabes astrologi nominãt. Sed ad mũdi spũm redeam9: p̃ quẽ mũd9 generat oia: quãdoquidẽ & p̃ spũm ppriũ omia generãt. Quẽ tũ celũ, tũ qntã essẽtiã possum9 appellare. Qui tal' ferme ẽ i corpore mũdi, qlis i no

DE VITA CAELITVS.

stro n̄. Hoc íprimis excepto: q̄ aia m̄di h̄c n̄o trahit ex quattuor elem̄tis tãq̄ h̄torib⁹ suis: sicut ex nostris nostra: immo hunc p̄xime (ut platonice siue plotinice loq̄r) ex uirtute sua p̄creat genitalem quasi tumens: & simul cū eo stellas: statimq̄ per eū parit quattuor elementa: quasi in illius sp̄itus uirtute sint oia. Ipse uero est corp⁹ tenuissimū: quasi n̄o corpus, & quasi iam aia. Itē quasi non aia, & quasi iam corpus. In eius uirtute minimū est naturę terre. Plus aut̄ aqueę. Pl⁹ item aeris. Rursus igneę stellarisq̄ q̄ plurimū. Ad horum graduū m̄suras, ipse quātitates stellarū elementorūq̄ prodierunt. Ipse uero ubiq̄ uiget in oib⁹ ḡnationis ois p̄ximus auctor, atq̄ motor: de quo ille. Sp̄itus íntus alit. Totus est sua pte natura lucidus calidusq̄, & humidus atq̄ uiuificus, ex dotibus aie superiorib⁹ dotes eiusmodi nact⁹. Quē plurimū hausisse Apolloniū Theaneū, testificat⁹ ē id⁹ Hiarchas dicēs, mirari nemo debet o Apolloni te diuinādi scientiam consecutū: cum tantū etheris in aia geras.

Sp̄s noster haurit m̄di sp̄m p̄ radios Solis & Iouis, q̄ ten⁹ ipse fit solaris & Iouialis. Ca. III.

h Vnc tu ígít studebis tibi íprimis ísinuare.

Hoc, n. medio naturalia q̄dā bñficia reportabis: tū corp̄is m̄dani: tū aie: tū etiā stellas: atq̄

DE VITA CAELITVS

Demonum. Nam ipse inter crassum mundi corp⁹
& animā medius est. Et in ipso stellę sunt & De-
mones: atq; per ipsum. Siue enim mundi corpus
atq; mundana sint ab aīma mundi proxime: sicut
Plotino placet atq; Porphyrio: siue mūdānum
corpus: sicut & aīma pxime sit a deo, ut nostris
plac3 & forte Timeo pythagorico: omnino uiuit
mūdus, atq; spirat: spiritūq; eius nobis haurire
licet. Haurit autē pprie ab homine per suū spiri-
tum illi suapte natura conformē. Maxime si red-
datur etiā arte cognatior. i. si maxime cęlestis
euadat. Euadit uero cęlestis: si expurget a sordi-
bus: & omnino ab eis, quę inherēt sibi dissimī-
lia cęlo: Quę quidē sordes nō solū intra uiscera
si fuerint, uerū etiā si in aīmo, si i cute, si i uesti-
bus, si in habitatione, & aere, spiritū frequenter
inficiunt. Efficietur tandē cęlestis, si ad orbicu-
larem animi corporis q; motū, ipse quoq; orbes
efficiat: Si ad aspectū cogitationēq; lucis frequē-
tiores etiā ipse subrutilet: Si adhibeant ei similia
cęlo ea cōmuniter diligentia, q̄ Auicēna i libro
de uiribus cordis spiritum curat. Et nos i libro
de curanda litteratorum ualitudine curare con-
tendimus. Vbi primuz segregant ab eo uapores
obnubilantes medicinis ita purgantib⁹. Secūdo
rebus lucentibus illustrat. Tertio ita colitur, ut

& renuet simul, & cōfirmeſ. Fiet deniq; celeſtis
 maxie: q̄tum dictat ratio præſens: ſi applicētur ei
 potiffimum radii influxuſq; ſolis inter celeſtia
 dominātis. Aq; ita ex hoc ſpiritu tanq̄ in nobis
 medio celeſtia bona iprimis inſita ſibi in noſtrū
 tum corpus tum animū exundabunt. Bona inq;
 celeſtia cuncta. In ſole enim omnia continētur.
 Conferet autem ſol ad ſpiritum ſolarē efficiēdū
 p̄p̄e: q̄n ſub ariete fuerit, uſq; leone: ip̄m aspiciēte
 luna: maxime in leone. Vbi adeo ſpiritū noſtrum
 uegetat: ut ip̄m muniat contra uenientē epidimie
 repellēdum: quod p̄ſpicue apparet i babilonia
 & egypto, & regionibus ſpectantib⁹ ad leonē:
 ubi ſol leonem intrans, epidimiam ſedat, ea dū-
 taxat ratiōe, qua dixim⁹. Tunc ergo & tu ſolaria
 paſſim exquisita compone. Tunc incipe ſolarib⁹
 uti: ea tamē cautione, qua ſub æſtu exſiccationē
 diligenter euites. Non poterit autē facile ſpi-
 ritus ſolaris euadere, niſi ſit q̄ plurimus. Ad ſolez
 .n. maxie pertinet amplitudo: Quā plurimū uero
 faciet tum diligentia cor rebus cordialib⁹ intus
 & extra fouens: tum etiam uictus ex alimentis q̄
 dem ſubtilibus: multū tamē, & facile & ſalubri-
 ter nutrientibus. Motus quoq; frequens atq; le-
 nis, & oportuna quies, aerq; tenuis atq; ſeren⁹:
 & ab æſtu geluq; remot⁹: Præcipue letus anim⁹.

Rursum nec solaris erit nisi calidus fuerit, & subtilis, & clarus. Subtilem clarūq3 facies, si tristia, & crassa deuitabis & fusca. Vteris lucidis letisq3 intus, & extra. Luminis multū die nocteq3 excipies. Sordes expelles, & otium, & torporē. Impnis tenebras deuitabis. Perductur⁹ autē spm̄ ad calorem solī natalē; caue ne ad tertium caloris gradū siccitatēq3 deducas. Calor. n. ipse sol nataliter non exsiccat; Alioqn nō eēt sol uitę generatiōisq3 domin⁹, & auctor augmēti. Siccare uero cōtingit radiis ei⁹ i p̄cauis materię sicce p̄clusis. Hūtorē itaq3 calori subtilē q̄l ē solaris, & maxie ioui⁹, adhibebis, & p̄seruabis i spū, reꝝ ei⁹ mōi usu: si solarē sis effectur⁹: Ne alioqn ad martiū poti⁹ q̄ ad solarē forte deducas. Martē quidē soli eē similit̄ in paucis & his q̄dē manifestis, nec admodū excellentib⁹, & iterim inimicū esse ferūt. Iouē uero Soli simillimū in p̄rimis excellentib⁹ q3 munerib⁹ quibus occultiorib⁹ & amicissimū esse scim⁹. Vnde Ptoleme⁹ ubi de cōsonātia disputat, Iouē ait cū Sole p̄ceteris p̄fectissime cōsonare: Venerēq3 cum luna. Oēs q3 astrologi uniuersalē beneficentiā Soli tribūt similiter atq3 Ioui. Quāuis sol eadē efficacit⁹ agat, & Iuppiter sub uirtute Solis efficiat. In utroq3 calor uiget, superatq3 humorem. Sed in Ioue superat modice: In Sole superat excel-

DE VITA CAELITVS.

léter: Vtrobiquē benefice. Cuz igit̃ adeo cōsonēt,
facile poteris spiritū solarē efficere pariter atq̃
Iouiū: ac res solares & Iouiales rite poteris iui-
cē cōmiscere. Pręsertim si & has iuicē cōponas,
& spiritui adhibeas qñ Iuppiter solem trino as-
picit: uel sextili, uel saltē quādo luna ab aspectu
alterius ad alterū p̃cedit aspiciēdū. Maxime qñ
ab aspectu solis ad coitū cum Ioue p̃grediť. Se-
orsū uero solarē p̃prie facies, uť Iouialē quādo
aspectū lune ad solem obseruaueris uel ad Iouē.
Tam & si cōsecutus naturā huius, naturā mox
illius facile consequeris. Sextilem uero aspec-
tū intellige, qñ planetę duo inter se signorū duo
rū spatio distāt. Trinū aut̃, qñ q̃ttuor signorū dis-
crepant interuallo. Cōiunctionē uero uel aspec-
tum lunę ad alios duodecim gradibus citra, to-
tidemq̃ ultra metimur.

Tres gratię sūt iuppiter & Sol & Ven⁹. Iuppi-
ter est gratia geminarum media & maxime no-
bis occomodata. Cap. V

Compositiones quidem, & curationes Iou-
uias simul, atq̃ Solares inuenies in libro
nostro de uita longa: & in libro de litteratorū
cura. Vbi etiam miscuimus pleraque uenerea.
Nam & nos in studiosis timemus exsiccatio-
nem, cui resistit Venus. Et hęc ipsa Venus

est aiciffima Ioui: sicut & soli Iupiter. Quasi gratie tres inter se cōcordes, atq; coniūctę. Ab his quidem trib⁹ cęli gratiis, & a stellis eiusdę generis astrologi gratias & sperāt, & diligēter exquirunt, eas per Mercurium, atq; lunā, quasi nuncios trāsmittere putāt: atq; curant: facile uero cōmuniterq; per lunā. Lunā quidē cum Ioue coiūctas aut Venere feliciorē esse putant, q̄ si per sextilem aspexerit, aut trinum. Verūtāmē si per trinum aspiciens etiā suscipiatur ab illis quasi existimant esse coniunctā. Similiter si a sole p̄specta fuerit simulq; recepta. Nos autem si horū trium stellarumq; similitum uires effectusq; oēs p̄currere singulatim uelimus, lōgum opus aggrediemur: exq̄situ difficile, difficillimū obseruatu. Si ad Venerem nos proprie conferamus: non facile solem habemus. Si ad solē proprie, non facile Venerem. Ut igitur tres simul in uno gratias complectamur ad Iouem tandem confugiē⁹: inter Solem Veneremq; natura effectusq; mediuz, qualitate admodum tempatū, & quęcunq; sperantur a Venere uel a Sole suo quodā pacto tradentem, magnificentius quidē honestiusq; q̄ Venus, tempatius quoq; q̄ sol, & in omnib⁹ cū humana natura maxime congruentem. Utemur itaq; Iouiis quando & ipse, & Luna digni-

DE VITA CAELITVS.

ratem tum naturalē, tū accidentalē habuerint,
 ſintq3 ſiſ: uel feliciter ſe aspiciāt. Si quādo id fie-
 ri oīno nō poſſit, miſce Solaria: in unū ſimul, at-
 q3 Venerea, facieſq3 ſic Iouiale ex utriſq3 cōpoſi-
 tum, quando uidelicet Luna a coitu Veneris eat
 ad ſextrilē Solis aspectū, uel ecōuerſo. Memento
 uero in rebus cōponēdis que cor ſpiritumq3 fo-
 ueant, & corroborent, Lunam conferre potiffi-
 mum: ſi una cū hiſ muneribus: hoc etiā habue-
 rit, ut per aeria ſigna diſcurrat, maxime per aqua-
 rium, quod eſſe maxime putat̄ aeritū: uel ſi in ſuo
 domicilio ſit, aut exaltatione ſua, uel domo Io-
 uis aut Solis. Et ubicunq3 ſit, ſi manſionē ex ui-
 ginti illis, & octo teneat, tū ſibi, tum etiā operi
 competentem.

De uirtute in nobis naturali, uitali, aīali. Et p
 quos planetas adiuuent̄, & quomodo per aspe-
 ctū Lunę ad Solem & Venerē: maxime uero ad
 Iouem. Cap. VI.

p Reçipua uero diſciplina ē recte tenere quē
 ſpūm, quā uim, quā rē potiffimū hi plane-
 te ſignificāt. Lūna ergo, Venusq3 uim, & ſpūm na-
 turalē, atq3 genitalē, & que hunc augēt Iuppiter
 eadē: ſed efficaci⁹ eparq3, & ſtomachū, habetq3
 nō mediocrē partē in corde & ſpiritu: uirtuteq3
 uitali: quatenus ſuapte natura cū ſole conſentit:

imo & per seipsum. Alioquin cor uitalē spiritus
non proprie in mense iouis acciperet. Vnde Iouem
gręci appellāt uitam: & per quem uita: ha-
bere quoq; in animali spiritu potestatem testan-
tur Astrologi: dicētes Iouem ad philosophiam
& ueritatez inueniendam, religionemque con-
ferre. Et Plato ubi ait ab Ioue philosophos pfi-
cisci. Quod etiā significauit Homerus antiquo-
rū opinione dicens. Talis est mens hoibus: q̄lem
indies adducit p̄ hoīz atq; deorum. Nusq; uero
numē aliquod ita cognominat p̄ter Iouē. Sol
sp̄m uitalē p̄cipue corq; significat: & habet nō
nihil: imo nō parū in capite, p̄pter sensū atq; mo-
tū: cuius est ipse dñs, neq; uim deserit naturalē.
Mercuri⁹ cerebrū & instrumēta sensuū. Ideoq;
sp̄m aiālem. Proinde tutissima uia erit, nihil si-
ne Lunę bñficio facere. Quāqdē cęlestia cōiter
& frequēter atq; facile ad inferiora demittit: quā
alter Solē nomināt: quolibet mēse quattuor an-
ni t̄pa facientē. In prima, n. sui q̄rta Peripatetici
putant esse calidā, atq; humidā. In secūda calidā
& siccā. In tertia frigidā, atq; siccā. In q̄rta frigidā,
atq; hūidā. Lumēq; ei⁹ p̄culdubio Solis esse lu-
men. Humores ḡnationēq; regere: oēsque mutati-
ones fetus ipsi⁹ in aluo cōuersationib⁹ suis meti-
ri: & quotiēs soli iungit, uiuificā ab eo uirtutem

DE VITA CAELTIVS.

recipere, quã infundat humori: atq; ibidẽ a Mercurio uim humores cõmifcentẽ. Quã uim Mercuri⁹ & transformatione in om̃s fua, & giris mltiplicibus affert. Ibidem mox a Venere uim, q̃ cõducat ad formas geniturę cõueniẽtes. Opẽ pretiũ uero fuerit meminiffe diurnũ Lune curfũ in q̃ttuor diftribui q̃rtas. In p̃ma q̃dem ab oriente ad mediũ ascendit cẽlũ: atq; interi humorẽ & fpiritũ auget naturalem. In fcdã a cẽli medio petit occafũ, efficitq; in nobis oppofitũ. Tertiã ab occafu cẽlũ fubter mediũ adit: iterumq; fpm̃ illũ auget & humorẽ. Quarta cadit ide uerfus ortum: minuitq; uiciffim. Qd̃ maxie in oceanĩ ripis apparet: Vbi ad hunc curfum mare manifeflius accedit, atque recedit: eodemque ordine uigor in egrotantibus. Probabile etiam eſt, ſolem per eafdem fui quartas calorem naturalem & fpiritum uitalem augere, uel diminuerẽ. Animalem quoque, quatenus Mercurium habet comitem. His cognitĩs poterit medicus pro humore & calore naturali, & quolibet fpiritu recreãdo tempora oportuniõra feruare. Sed nunc de luna fatĩs.

Neque dimittere decet Iouem in cuius menfe altero quidem uitam accepim⁹: altero autẽ cõiter & felicius nati fumus. Et qui inter Solẽ atq; Venere: itẽ inter Solẽ atq; Lunã eſt qlitate effectusq;

medius: ideoq; cōplectitur oīa. Solem uero ip-
sum pr̄termittere celi dñm nephas, atq; pericu-
losū existimam⁹: nisi forte q; dixerit, eum qui Io-
uem habet: in Ioue Solē iam habere: illic potissi-
mum ad hoīes tempatum. In sole certe omēs ce-
lestiū esse uirtutes, non solū Iamblic⁹ Iulianusq;
sed oēs affirmant. Et Proculus ait ad Solis aspe-
ctum, oēs omniū celestiū uirtutes cōgregari in
unū atq; colligi. Iouem uero esse Solē quēdā ad
nos tēperatū nemo negabit. Lunā quoq; tēpera-
tam ad Venerē ne neglexeris. Multum. n. ad uali-
dam p̄speramq; uitā adiuuat. Siq; dem Venus fe-
cundat hoīem, facitq; letū. Hanc igit̄ obserua-
bis. Quanq; si Lunā Veneri simīlē. s. humore p̄-
sus equalē: & uix minus calidā: cum Ioue rite mi-
sceas, aut Sole, propemodū iam Venerē habes.
Quid ergo? ut tutissima oīm & cōmodissima sit
icedas uia, Lunā obserua, qñ Solē aspicit, coitq;
cū Ioue: uel saltē Iouē sit aspicit atq; Solē: aut cer-
te qñ post aspectū Solis mox ad Iouis coitū pro-
gredit̄ uel aspectū. Atq; eo ipso tpe cōpone in-
uicem: uel adhibe tibi Solaria Iouiaq; sit atq; Ve-
nerea. Quod si te ad unū ex magnis cōfugere ne-
cessitas urgeat, uel negotiū, ad Iouē ipsū uel po-
tius ad Lunā sit Iouēq; cōfugito. Nulla enī stella
naturales in nobis uires: imo & oēs magis q; Iup-

DE VITA CAELITVS.

piter, fouet atq; corroborat. Nulla rursū pollice
 tur p̄speriora: sī atq; plura. Et ubiq; hunc acci-
 pere faustū est. Solē uero accipe, forsitan nō ubi
 q; tutū. Semp. n. ille iuuat: hic sepe nocere uideť.
 Venus aut̄ q̄sī debilis. Ideo solus ille iuuans p̄ ē
 appellatus: Id aut̄ cōprobat Ptolemęus: ubi ait,
 pharmacū uix qcq; mouere naturā duntaxat, qñ
 Luna cum Ioue cōgreditur. Vsq; adeo illinc pro-
 prie totam putat uniuersī corporis corroborari
 naturā. Exptus sum qñ etiā Luna cōiuncta cuz
 Venere medicinā uix mouere. Quāuis aut̄ ubi
 pituitā ualde timemus, Lunā p̄cipue obseruem⁹
 ad Solem. Vbi uero bilē exsiccationēq; eiusmodi
 ad Venerē: tamē directio Lunę ad Iouē, & ad
 hęc oīa quodāmodo cōfert: & p̄cipue ad atrā bi-
 lem expellendā: necnō ad cōmunē hoīm cōplexi-
 onē istaurādā, atq; firmandā. Sicut. n. glycirhiza
 & oleū rosaceū frigidiora calefacit: calidiora re-
 frigerat: uinūq; similter: Quod insup humectat
 sicca: humidiora siccatur: Ita Iuppiter humano cō-
 gruus calori, ut uinū: oleuz rosaceū: camomilla:
 glycirhiza. Vbi igiť audis Abumasar dicentem.
 Nō est uita uiuētib⁹ p̄ter deū, nisi per Solē & Lu-
 nam. Id itellige q̄rum ad cōem oībus spectat influ-
 xum: Proprius autem hominī accommodatissī-
 musq; influxus est ab Ioue. Sunt aut̄ in natura

DE VITA CAELIVS
corporis vires attrahendi, retinendi, coquendi,
expellendi. Has igitur omnes Iuppiter ipse iu-
uat. Potissimum uero coquendi, siue digerendi
uirtutē, atq; generandi & nutriendi simul, & au-
gendi: propter humorē eius aerium atq; multū: &
calorem eiusdē amplū, humorī mediocriter do-
minantē. Profecto per radios Iouis semp usque
q; diffusos lumē Solis propriū ad salutem hoīz
maxime tēperatur: Radiis iterim Veneris ad idē
assidue cōferentibus. Atq; similiter transferente
Luna. Radii qdem Veneris, atq; Lunę tanq; hu-
midiores quodā indigent tempante: sicut & So-
lis radii tanq; calidiores humidioris cuiusdā tem-
perie exigunt. Radii aut Iouis tempamentū nul-
lum desiderant. Quid .n. aliud Iuppiter est: nisi
sol qdam ad salutē rerū precipue humanarū ab
initio tēpat? Quid rursus aliud: nisi Luna Ve-
nusq; facta tñ calidior atq; potētior? Ideo astro-
logi ab Ioue auspiciant annū fertilē, serenū, salu-
brem, & ab eo iminentiū morborū remedia spe-
rant. Atq; Empedocres ubi ppria unicuiq; pla-
netarū munera tribuit: Iouem solū generationis
principē nominat Orpheum imitatus. Pręter
Iouem precipiūt Lunā diligenter in oībus operi-
bus obseruandā tanq; mediū inter cęlestia com-
petens atq; terrena. Sit ergo Luna in gradu, situ

obser
Luna tanqua mediū inter cęlestia et terrena

DE VITA CAELITVS.

ꝓꝓ & aspectu ad opus optatū cōueniēte. Nō sit
 in ecliptica: nec sub radiis Solis per gradus duo
 decim ultra citraꝓꝓ, nisi forte sit in eodē minuto
 cum Sole. Pleriqꝓ uero uolūt oīms planetas fo
 re fortes quādo in unitate Solis extiterint. Vni
 tatem uero metiuntur minutis duobus atꝓꝓ tri
 ginta. ut. XVI. qdem citra. XVI. uero ultra cōnu
 merentur. Non īpediatur a Saturno uel Marte:
 non descendat in latitudine meridionali: quādo
 duodecim dictos gradus egreditur. Non sit op
 posita soli: nec lumie minuatur: nec tarda cursu,
 qñ scilicet die uno, duodecim non pagit grad⁹.
 Non sit in uia cōbusta a gradu librę. XXVIII. ad
 tertiū scorpionis: nec in octaua: nec in ascēdēte:
 nec ī finib⁹ Martis, uel Saturni. Quidā uero nec
 in sexta: duodecīa: nona: q̄rta lunā uolūt. In cetꝓꝓ
 ris uero cęli plagis approbāt. Vbi hęc oīa ꝓplec
 ti nō potes: Iouē saltē expecta, uel Venerē ī ascen
 dēte: uel decīa. Sic ei subueniūt detriētis lūę. Nec
 ab re fuerit recordari q̄ten⁹ Luna luie auget, ea
 ten⁹ & nobis nō solū humorē: sed spm̄ et uirtutē
 ꝓꝓ augeri: atꝓꝓ hęc ad circūferētiā dilatarī. Maxie ī
 scđa ei⁹ q̄rta. Qñ uero minuūt, ꝓtra ꝓtīgere. Pre
 fertī ī ultīa q̄rta. Primū ei⁹ ad Solē trinū ꝓesse se
 cundo. Hunc sextīli primo. Hunc sextīli secūdo.
 Lunā quatenus lumine, eatenus repleri calore.

Videntur ergo quidam non tam obseruare quomodo aspiciat luna solē: Sēper. n. aspicit, quod ut plurimum lumen habeat: praesertim dum augetur. Aspiciat uero interim trino uel sextili Iouem aut Venerē. Proinde uirtutē attractiuā ignea iuuat. Retentiuam terrea. Digestiuā aeriā. Expulsiuā per aquea. Si tu has oēs in te adiuuare uolueris: attractiuā quidem per ignea maxime roborabis: quoniam Luna in signis uel stationibus igneis constituta Iouē aspicit. s. Ariete Leone Sagittario. Retentiuā per terrea: potissimum, quoniam intuetur eundem in signis uel stationibus terreis collocata: Tauro Virgine Capricorno. Digestiuā generatiuāque per aeriā. s. geminos libram aquariū, quotiens sub aeries Iouē respicit, aut subit. Expulsiuam per aqueā, cancrum pisces scorpium. Quoniam sub aqueis ipsa posita Iouis radiis illustratur. Maxime uero in his omnibus consequeris optata. Si Iuppiter eadem uel similia, uel saltem non dissimillima signa, mansiones uel possederit. Citatur⁹ alium, solidis medicinis, accipe pisces. Liquidis scorpionē. Mediis uero cancrum. Per inferiora purgatur⁹, pisces & scorpionem. Per superiora, cancrum. Malum Saturni uel Martis ad lunam deuitabis aspectum. Ille. n. uexat stomachum: hic intestina dissoluit. Capricornum euitabis & taurum. Nauiseam. n. affert. Scis membrum irritandum non esse, quā-

DE VITA CAELITVS.

do Luna signū occupat mēbro p̄fectū. Hūiores
 nāq; mouet. Sed poti⁹ eē fouēdū. Hęc uero de
 uirtute & spū naturali i iecore p̄cipue dñanti-
 bus, quę in q̄ttuor officia q̄ narrauim⁹ diuidunt:
 dicta sufficiant. De uirtute uero spūque uitali in
 corde uigēte q̄dnā monemur: Satis id ferme si-
 gnificatū est. Nam p̄ res i primis igneas & quodā
 modo sīl aerias hęc adiuuant, qñ luna in domici-
 liis mātionibusue cōsimilibus suspicit Iouē: p̄
 cipue sī Iouē cōplectat & solem. Virtutē quoq;
 aialem per sensū & motū in capite dñantem con-
 firmare potes p̄ aeriā imp̄mis, subiunctis igneis:
 qñ Luna in domiciliis uel sedib⁹ cōsimilib⁹ Iouē
 suspicit: p̄serti sī Iouem p̄p̄modū, Mercuriū
 q; cōplectit. Hic uero te moneo, ne Mercuriū
 putes aqueū esse uel terreū: qđ & ego aliqñ suspi-
 catus sū. Alioquin motibus celeritatēq; ingenii
 nō cōferret. Sed quodāmodo aereum esse scias.
 Nā & ob eandem causā tam mobilis est, tam fa-
 cile cōuertibilis: tantū ingenio cōfert: p̄sertim
 in aq̄rio plurimū aeriō cōstitutus. Humor q̄dez
 in eo réperatus est. Calor exiguus. Sub sole posi-
 tus dicit̄ exsiccare. Longior autē a Sole fact⁹, hu-
 mectare putatur. Ibi qđē calefacere multū ex na-
 tura solis. Hic uero calefacere parum admodū
 & humefacere magis suapte natura. Calore for-

san non cedit Veneri. Lunā superat: humore uero cedit utrisq̃. Aly probat Mercuriū qualitates celestium ꝓmiscere: quoniā facillime ꝓmutetur: tuz in qualitatem terminū quē subit: tū ī naturam stellę, quā aspicit. Ego igitur hunc tam facile permutari puto: quia nec excellētez potestatem quam Iuppiter habet: nec exceedētem qualitatem, quaz pleraq̃ celestia, per quā alteratiōi resistat. Deniq̃ probabile est Mercuriū assiduum Solis achatem, multas illius uires habere. Idioq̃ sperari solaria quedam a Mercurio posse. Aliquando uero & Martem tradunt, Solē in quibusdam muneribus imitari: Ac Venerem quę ad lunam pertinent, elargiri. Hęc igit̃ in agendo memineris. Neq̃ negligas unquā terminos. Aiunt enim planetas in diuersis terminis ceu lucidis atq̃ tenebrosis opposita facere. Deniq̃ ubi Martē times, oppone Venerē. Vbi Saturnū, adhibe Ioū. Ac da operā ut in perpetuo quodā ꝓ uirib⁹ motu uerferis: tātū defatigatiōe uitata. Vt & ꝓ priū motū externis motib⁹ clā nocituris opponas, et celestē actū ꝓ uirib⁹ imiteris. Qđ si poteris spatia motibus āpliora ꝓagere: sic et celū poti⁹ imitaberis, et plures celestium uires passi diffusas attiges. Quō mēbra foueantur ī nobis ꝓ comparationē Lunę ad signa et ad stellas fixas.

DE VITA CAELITVS.

Totum quæadmodū diximus corpus fouere poteris: caput uero potissimū si planetas obseruaueris in ariete: uel in suo quæcūq; domicilio primo. Præcordia si in leone. Stomachum iecurq; si in Cácro atq; sagittario, aut saltē i Virgine. Et accepis ea quæ pprie mēbrū petunt. Expedi quoq; nosse quæ quæq; planeta mēbra in signo quolibet habeat. Potes etiā pprie pro ætatis discrimine psulere unicuiq; per quattuor ætates Lunę. Hęc enī a nouilunio usq; ad quadraturā primam iuuenis est. Deinde ad pleniluniū est iuuenis, atq; uirilīs. Hinc ad quadraturā alterā, uirilīs siml atq; senilīs. Inde usq; ad cōiunctionē est senilīs. Aetatem itaq; lunę feliciter ætati curandī corporis adhibebis. Si tūc aspectū eius ad aliquā triū gratiarū accepis. Quī sane aspectus Lunę sēper & cito gratiosa largit. Neq; tñ facile admodū diuturna uel maxima, nisi præter intuitū lunę, et ipse gratiæ mutuo se cōspiciāt iam, uel propemodū cōspecture sint, aut tres ipse, aut duę. Impmīs uero diuturna præbent signa fixa. Leo, s. aquarius. Taurus. Scorpius. Si forte nō possis ipresentia lunam ad planetas gratiosos oportūe dirigere, stellas elige fixas grarū naturā. i. Iouis aut Venris aut Sol hñtes: & ad eas directā lunā elige. Tutū tñ ē, Lunā iterea Iouē propemodū adire uel Ve

nerem. Stelle nanq; fixe si sole spectet, pportio-
nem humanã. i. unius hominis nimis exsupant.
Proportionẽ uero cum ciuitatibus moderatio-
rem habent.

De uirtutib⁹ & usu stellarũ fixarũ. Cap. VIII

t Radunt astrologi maiores quasdam stel-
las a Mercurio cõperatas auctoritatẽ ha-
bere q̃ plurimã. Qualis est in arietis gradu. XXII
umblicus Andromade, mercurialis atq; uene-
reus. Item in Tauri. XVIII. caput Algol, natu-
ram Saturni possidẽs, atq; Iouis. cui subesse uo-
lunt adamantẽ, & artemisiã: & audaciã uicto-
riãq; prestare. In eiusdẽ gradu. XXII. pleides, lu-
nare sidus, & martium. Cui subiiciũt chrystallũ:
herbã diacedon: semẽ feniculi. Conferre putant
ad acuẽdũ uisũ. Qd̃ aut nõ nulli dicũt cõducere
ad Demones couocãdos: figmẽtum esse iudico.

Aldeboran primo uel terciõ geminorũ gra-
du Martiũ, atq; Venereũ. Hircus gradu eorun-
dẽ. XIII. Iouius atq; saturnius. Huic subiiciũt Sa-
phyrũ, prassium, mentã, artemisiã, mandrago-
ram. Ad dignitatẽ & pricipum gratiam adiuua-
re confidunt: nisi forte eos opinio fallat. Illi sub-
esse uolunt rubinum, titimallum, matrisiluã. Di-
uitias & gloriam augere. In Cancrĩ. VI. uel
VII. Canis maior uenere⁹. Præst berillo, sauinẽ,

DE VITA CAELITVS.

artemisię, dracōteę. Pręstat gratiã. Itē i. XVII. e-
 iusdē Canis minor Mercurialis & Martius. Cui
 subesse uolūt lapidem achatē, herbam solseqā,
 & pulegium. Atq; gratiaz elargiri. In Leonis.
 XXI. Cor leonis, stella regia iouialis & martia.
 Huic subūci putāt lapidem granatū: celidoniã:
 masticē. Melācoliam reprimere. Temperatū gra-
 tiosumq; efficere. In Virginis. XIX. Cauda ur-
 se maioris Venerea & Lunarıs. Lapidē eius mag-
 netem putant. Herbam cicoreã & artemisiã. A-
 raptoribus ueneficiisq; tueri. In libere. VII. Ala
 corui dextera. Item in eiusdem. XII. & forte. XIII
 Ala sinistra, Saturnia simul, & Martia. Eius her-
 bam lapacium & iusquiamum esse aiūt cū lingua
 ranę. Audaciã augere. Fore noxiã. In eiusdē. XV
 uel. XVI. Spica uenerea mercurialisq;. Quã seq-
 tur Smaragdus: saluia: trifolius: promarulla: arte-
 misia: mādragora. Diuitias augeat, & uictoriaz:
 & ab angustia uīdicet. Deniq; i eiusdē. XVII. uel
 XVIII. Alchameth. Huic subdunt hiaspidem &
 plantaginē. Firmare sanguinē sperāt: febres oēs
 expellere. In scorpiōis quarto. Elpheia Vene-
 rea Martiaq;. Secundū uero computationē aliã
 in gradu eiusdē quinto est cornea, forsan eadem.
 Pręsidēs topatio: rorimarino: trifolio: edereę. Au-
 gere gratiam, castitatem, gloriã putāt. In sa-

DE VITA CABLIVS
gittarii tertio. Cor scorpionis Martium atq; iouium. Præsiciens Sardonio: ametisto: aristologie longe: croco. Opinatur colorem bonum efficere. Animum letum sapientemq; reddere. Demonia propulsare. In Capricorni gradu septimo Vultur cadens: hanc sequitur Chrysolit⁹: Saturnia: Fumus terre. Stella est Mercurialis, atque Venerea, temperata. In ascendente medioq; celo prodest. Quod autem excantandi auctoritates afferre dicant nihil pendo. In aqrii. XVI. cauda capricorni Saturnia, Mercurialisq;. Quam sequit^r Calcedoni⁹, maiorana, nepita, artemisia, mädra gora. Prestare in causis gratiam opinantur. Diuitias augere. Hominem ac domum incolumem reddere. In piscium tertio humerus equi iouialis, & marti⁹. Thebit phus docet ad captandam alicui⁹ stelle modo dictę uirtutez lapidem eius accipere, herbamq; eiusdem: anulumq; aureum facere uel argenteum. In quo lapillum inferas herba subiecta: general^rq; tangentem. Id autem efficias qm Luna subit stellam, aut aspicit aspectu trino uel sextili. Et stella in medio percurrit celo uel ascendente. Ego uero q ad eiusmodi stellas attinent, in formam potius medicine q anuli componerem, intrinsecus uel extrinsecus adhibende oportunitate uidelicet predicti temporis obseruata. Tam & si prisca anu-

DE VITA CAELITVS.

los magnificerit. Nā Damis & Philoſtrat⁹ nar-
 rāt hiarchā ſapiētū Indorū principē ſiſi q̄dā rōe
 ſeptē anulos cōfeciffe, ſtellarū ſeptē noīb⁹ appel-
 lator: eoſq; Apollonio Theaneo dediſſe. Qui de
 ide ſingulos dieb⁹ ſingulis geſtauerit iuxta dieb⁹
 nomina, hos diſtinguens. Dixiſſe uero Hiarchā
 Apollonio auū ſuum philoſophum ānos cētū
 atq; triginta uixiſſe: eiufmodi forſan celefti mu-
 nere fretum. Quo & Apollonius deinde uſus
 centeſimo etiā anno, ut aiunt iuuenes p̄fere-
 bat. Deniq; ſiquid eiufmodi anuli uirtutis habēt
 ex alto, id quidem non tam ad animaz uſ ad craſ-
 ſum corpus pertinere abitor q̄ ad ſpūm: calefac-
 to paulatim anulo, ſic inde uel ſic affectū: ut fir-
 mior efficiat, aut clarior, uehemērior, aut miti-
 or, ſeuerior, aut letior. Quę quidē affectiōes in
 corp⁹ qdē oīno: & i aīaz ſēſualē quodā mō, pleb⁹
 q; indulgētē corpori trāſeunt. Quod autē aduer-
 ſū Demōas aut hoſtes, aut ad p̄ncipū gratiā p̄-
 futuros āulos pollicēt: uſ fictū ē: uſ ide deductū
 q; ſpūz iterritū, firmūq; efficiāt: uſ etiā māſuetū,
 obſequoq; amabilē, atq; grōſū. Iā uero ſiqd ce-
 leſtia p̄ter corporeā ualitudinē, p̄ferre ad igeniū
 artē, fortunam dicerem: ab Aquinate Thomma
 noſtro non diſſiderem: qui in libro contra gen-
 tiles tertio probat a corporibus celeftibus im-

DE VITA CÆLITVS
primi non nihil in corpore nostro: cui⁹ munere
disponamur ad eligendum sepe quod meli⁹ est,
etiam si rationē finēq; nesciamus. Qua quidē in
re bene fortūatos appellat: atq; p̄sentiēte Aristo
tele bene natos. Addit ēt uirtute cęlesti fieri nō
nullos in quibusdā artū effectibus efficaces (ut
eius uerbis utar) sicut miles in uincendo: agrico
la in plātando: medicus in sanādo felices. Ait. n.
Sicut herbę lapidesq; mirabiles quasdā ultra na
turam elemētalē uires cęlitus habent, sic homi
nes quoq; in artibus nō nullos habere. Mihi ue
ro satis fuerit factum, si cęlestia quomodo cūq;
quasi per medicinas, siue interiores, siue exte
riores ad prosperam conferant ualitudinē, dum
modo iterea salutem corporis perquirentes iac
tufam nullā salutis animę faciam⁹. Nihil om
nino tentemus a sancta religione phibitū. Prete
rea in opere quouis conficiendo, fructū opis ab
eo speremus atq; petam⁹ i primis: qui & cęlestia,
& quę continent cęlo, fecit, & uirtute donauit:
mouetq; semper, atq; conseruat.

Dignitates planetarū in signis ad usum medi
cinarum obseruāde. Cap. IX.

f Aturni domus, aquarius & capricornus.
Exaltatio, libra. Iouis domus, sagittarius
atq; pisces. Exaltatio siue regnū cancer. Mar-

DE VITA CAELITVS.

ris domiciliū, scorpīus, & aries. Exaltatio capricornus. Solis sedes q̄dem est leo. Regnū aries.

Veneris habitaculū, taurus atq̄ libra. Exaltatio pisces. Mercuriū sedes, uirgo atq̄ gemini. Regnū uirgo. Lunę domus, cancer. Exaltatio taurus. Saturnus & Iuppiter triplicitatē habent in igneis aereisq̄ signis. Sol in igneis tantū. Mercurius in aeriis solū. Mars, Venus, Luna in aqueis atq̄ terreis. Planetę quilibet præter Solē ac Lunam in quolibet signo fines quosdā suos possident: quos & terminos appellam⁹. Igitur in ariete Iuppiter sex ibi primos terminos obtinet. Venus sex inde sequētes. Mercurius posteriores octo. Mars q̄nq̄ deinceps, postremos q̄nq̄ Saturnus. In tauro ordine deinceps simili Venus fines habet octo. Mercurius sex: Iuppiter octo: Saturn⁹ q̄nq̄: Mars deniq̄ tres. In geminis Mercurius sex: Iuppiter sex: Venus q̄nq̄: Mars septē: Saturnus sex. In cancro Mars septem: Ven⁹ sex: Mercurius totidē: Iuppiter septē: Saturnus quattuor. In leone Iuppiter sex: Venus q̄nq̄: Saturnus septē: Mercurius sex: Mars totidē. In Virgine Mercuri⁹ septē: Venus decē: Iuppiter quattuor: Mars septē: saturn⁹ duos. In libra Saturn⁹ sex: Mercurius octo: Iuppiter septē: Venus totidē: Mars duos. In scorpīōe Mars septē: Ven⁹ quat

tuor: Mercurius octo: Iuppiter quinq3: Saturnus
sex. In sagittario Iuppiter duodeci: Venus quinq3:
Mercuri⁹ quattuor: Saturnus quinq3: Mars quattuor.
In capcorno Mercuri⁹ septē: Iuppiter septē:
Venus octo: Saturnus quattuor: Mars totidez.

In aquario Mercurius septē: Venus sex: Iuppiter septē: Mars quinq3: Saturnus totidē. In piscibus Venus duodeci: Iuppiter quattuor: Mercurius tres: Mars nouē: Saturn⁹ deniq3 duos. Sol aut & Luna alia ratione fines suos habēt. Nā sol quidem signa sex pro finibus habet, Leonē, Virginem, Librā, Scorpiū, Sagittariū, Capricornum. Luna uero reliquos, Aquarium, Pisces, Arietē, Taurū, Geminos, Cancrum. Solē igit atq3 Lunā in his signis eū principatū effectūq3: quē reliqui planetę i suis finib⁹ hñe putāt. Pręter fines hñt i signis suas planetę facies: quę gręci Decanos nomināt, decē occupātes signi gradus. In ariete facies p̄ma Martis: Scđa Solis: qui Martē in celo sequitur. Ordine Chaldeorū tertia Veneris: q̄ soli succedit in celo. In Tauro p̄ma facies Mercurii, sequētis Venerē: Scđa Lunę quę Mercurio succedit: Tertia Saturni. Ad hunc. n. redeūdū est, impleto iam numero planetarū. In Geminis p̄ma iouis sequētis uidelicet Saturnum: Secūda Martis: Tertia solis eodē ordine similiterq3 deinceps.

DE VITA CAELITVS.

Quo planetis uti debeamus in medicinis. Ca. X.

c Omne orauimus aut quae in signis planetae dignitates habet ut quoties facturum compositurumque sumus quae ad planetam aliquem attrinet, sciamus eum in suis dignitatibus collocare. Praesertim quando habuerit in nostra reuolutione & genesi principatum, ut etiam Saturnus atque Mars, alioquin deprimendi nobis tamen sint erigendi si geniturae nostrae significatores extiterint. Maxime uero operae precium ex hac commemoratione fecerimus si quando usuri in medicinis conficiendis beneficio Lunae, & Veneris, atque Iouis, cauebimus ne in finibus Saturni uel Martis existant: nisi forte ubi cogimur, uel per Saturnum cohibere dissolutionem estumque reprimere, uel per Martem frigidissima calefacere: torpenta suscitare: alioquin fines Iouis & Veneris eligemus. Accipiemus quoque Mercurii fines, Mercurialibus ipsius hominibus profuturi. Neque latere nos det homines ualde Mercuriales, quales sunt qui ingenio, artificio, eloquio pollent: non mediocriter esse solares. Mercurius enim spiritus est Apollineus plenus. Ut autem quis intelligat quo figuram in caelo describamus in oras signum quod ab oriente surgit primam appellamus uitaeque domum. Quod succedit in ortum, secundamque deinceps aliasque similiter: Ita ut septima domus sit signum, quod in occidente iam descendens opponitur ascendenti. Huic octaua succedit. Nona uero e medio cadit caelo: quod

decimaz domū efficit. Huic succedit undecima.
Sed duodecīa cadit ab ascēdente. Vt igit̃ pla-
netę sint potentes, habendī sūt in angulīs uī ori-
entis, uel occidētis, uel mediū utrinq; cęli. Maxie
uerolī āgulo ascendentis, aut decīę, mediū supra
caput obtinētis cęlū, aut saltē in plagis quę an-
gulīs mox succedūt. Tam & si Solem qdē i nona/
quę a mediō cadit cęlo: Lunā uero in tertia etiā
cadente gaudere putant. Duas inter hęc regu-
las mente teneri Astrologi uolūt. Vnā qdē egro-
tātis ratione: Alterā uero medicī. Nēpe ubi egro-
tantis septima domus per Saturnū uel Martē in
fortunata est: uel domin⁹ eius infelix: separa me-
dicuz ab egroto, si Ptolemęo credis. Pręterea
medicū electur⁹ Saturniū Martialemq; declinare
iubent: eumq; pergrere: in cuius genitura dom⁹
sexta per aspectū solis, uel per Venerē aut Iouez
quomodocunq; fuerit fortunata. Infortunatū
uero dicimus signū uel planetā per Saturnū, aut
Martē: nisi propria domicilia sint, uel regna: quā-
do uidelicet uel ibi sunt uel illuc aspiciūt opposi-
to uel qdrato. Oppositū uero aspectū dicim⁹ in-
ter illa quę interuallo discrepāt qlōgissimo. Qua-
dratū uero, ubi hoc ab illo q̄rta pte cęli. i. signo-
rum trium spatio distant. Minus tñ per cōiuncti-
onē oppositū quadratū Saturnus & Mars plane

DE VITA CAELITVS.

ris alijs nocent: qñ tanq̃ hospites eos domicilio
 uel regno suo termino ue suscipiūt. Quemadmo
 dū planetę felices magis profunt, qñ præter sexti
 lem trinū ue aspectū, atq; cōiunctionē, etiā ut di
 ximus sic excipiūt: Solis tñ coniuñtionē planetę
 uerent: aspectu gaudent, trino uidelicet uel sex
 tili. Proinde necessariū est meminisse Arietē præ
 esse capiti atq; faciei: Taurū collo: Geminos bra
 chijs atq; humeris: Cancrū pectori, pulmonib⁹,
 stomacho, lacertis: Leonē cordi, & stomacho,
 atq; iecori, & dorso, & costis posteriorib⁹: Vir
 ginē intestinis & fūdo stomachi: Librā renibus
 & femori atq; natib⁹: Scorpionē genitalib⁹ uul
 ue, matrici: Sagittariū femori atq; subinguinib⁹:
 Capricornū genibus: Aquariū cruribus tibijsq;
 Pisces pedibus. Huius. n. ordinis memor caue
 bis mēbrū tangere ferro, uel igne, uel cucurbitu
 lis, qñ luna sub eius signo discurret. Tunc enī au
 get luna humores in mēbro. Quorū affluētia &
 cōsolidationē phibet, & grauat mēbri uirtutē.
 Obseruabis aut̃ tūc mēbrū remedijs qbusdā ami
 cis uel extra uel intus adhibitis oportune felici
 terq; fouere. Expediit uero nosse qđ signū ascē
 derit tibi nascenti. Nā præter arietē hoc etiā tibi
 caput significat: atq; in hoc luna tibi caput aspi
 cit. Præterea qñ Luna arietē subit oportūe bal

nea tentas & lauacra: Qñ cancrũ feliciter minue
sãguinẽ: Medicinã accipe presertim electuarii for-
mã: Qñ ẽ in leone ne puoca uomitũ: Cũ in libra/
clysterib⁹ apta est: In scorpione balnea nec tẽtes
Sunt q̄ medicinã soluturã dare nec phibent, ne-
q̄ iubent. In cap̄corno medicinã sũmere nocet.
Sĩlĩter in aq̄rio. In piscibus uero p̄dest. Que ue-
ro mẽbra in quouis signo unusq̄sq̄ hẽat plane-
tarũ, & si scitu necessũ, est tñ narratu p̄lixũ. Ne-
q̄ uero i purgatõẽ alui latere nos debet Prole-
mẽi p̄ceptũ. Medicinã accipe purgatoriã, qñ
Luna est in cãcro, piscib⁹, scorpione p̄bam⁹: p̄-
sertim si dñs signi tũc ascẽdẽtis applicet se plane-
te sub terra currenti. Si aut̄ ascendentis dñs p̄iũ-
gat̄ iterea supra caput cũ planeta medĩũ tenẽte
celũ: nausea statim & uomitus incitabit. Deniq̄
cõcludamus cũ Galieno astrologiã esse medico
necessariã: q̄ de criticis diebus disputãs ait, certã
esse egyptiorũ sententiã, i. Lunã significare affec-
tionez idies egrotãtis, atq̄ sani, adeo ut si misce-
ant̄ cũ Luna radii Iouis & Veneris, bñ afficiatur
uterq̄: Si aut̄ Saturni uel Martis: p̄traria rõne se
habeat. Sed latius iam puagati ad sp̄m tãdem &
uitã atq̄ gratias reuertamur.

Quib⁹ modis sp̄s nr̄ haurire plimũ p̄t de sp̄i
uitaq̄ mũdi. Et q̄ planetę sp̄m p̄creãt atq̄ recre

DE VITA CAELTIVS.

ant: Et q̄lia ad unūquēq̄ planetā p̄tinēt. Ca. XI.
 h Vc uero tendūt hęc oīa ut sp̄s n̄ rite per
 naturalia p̄paratus atq̄ purgatus accipiat
 ab ipso uitę mūdanę sp̄ū plurimū per radios stel
 larū oportune susceptos. Vita q̄dem mundi oī
 bus isita p̄pagat̄ euidenter in herbas & arbores:
 quasi pilos sui corporis atq̄ capillos. Tūmet isu
 per in lapides & metalla, uelut dētes & ossa. Pu
 lulat quoq̄ in uiuētes cōchas terrę & lapidibus
 adherētes. Hęc. n. nō tā p̄pria q̄ ipsa cōi totius
 uita uiuūt. Quę sane cōis uita multo ēt magis s̄
 terrā in corporibus uiget subtiliorib⁹ tāq̄ p̄pin
 goribus aīę. Per cui⁹ uigorē intimū, aq̄, aer, ignis
 uiuētia sua possidēt: atq̄ mouent̄. Vita hęc aerē
 ignēq̄ etiā magis q̄ terrā, & aquā fouet agitātq̄
 perpetuo motu. Et deniq̄ cęlestia corpora qua
 si mūdi caput uel cor uel oculos q̄maxime uege
 rat. Vnde per stellas uelut oculos radios non ui
 sibiles solū: sed etiam uisuales usquequaq̄ diffū
 dit. Quibus morę struti, ut diximus alibi inferi
 ora cōspicit, fouetq̄ uidendo imo etiam ita tan
 gēdo generat & format omnifariā, atq̄ mouet.
 Igitur ad motū nitentis aquę: sereni quoq̄ aeris:
 ignisq̄ moderate distantis: atq̄ cęli: motū mūda
 nę uitę suscipies. Si ipse quoq̄ leniter, & ferme si
 militer mouearis: quosdā p̄ uiribus giros agēs,

uertigine deuirata: celestia lustras oculis, mente
uersans. Itē frequēti quodā usu plantarū simili
terq; uiuētū, potes e mundi spū plimū haurire.
Præsertim si adhuc uiuētib⁹ recētibusq; & matri
terrę q̄si adhuc herētib⁹ nutriaris, atq; fouearis.
Inter plātas suauiter redolētes; uel saltē nō male
olentes uerferis q̄ frequētissime. Oēs. n. herbę flo
res arbores poma redolēt: q̄uis sepe minus aiad
uertas. Quo qdē odore q̄si flatu spūq; uitę mun
dæ te ūdiq; recreāt atq; uegerāt: sp̄z iq; tuū odori
b⁹ ei⁹ modi nata simillimū: p̄q; sp̄z mediū iter cor
pus & aiām, facile tropus quoq; reficiūt, & anie
mirifice p̄sunt. Inter hęc diutissime diurno tpe
sub diuo uersaberis: quaten⁹ tuto uel cōmode fi
eri potest, i regionib⁹ altis & serenis, atq; tēparis.

Sic. n. Solis stellarūq; radii expeditius puriusq;
undiq; te cōrigunt: Sp̄m̄q; tuū p̄plent mūdi spū
per radios uberi⁹ emicāte. Præterea naturalis ip
se motus aeris, q̄ perpetuus est in orbē: q̄uis ob
lenitatē suā, cōsuetudinēq; diurnā uix p̄cipiatur
ab ullo, te die sub diuo deābulantē, habitātēq;
in parētibus editisq; locis libere lābit, penetrat
q; pure: Ac motū uigorēq; spūi tuo mūdanū mi
rifice præstat. Dixi eqdē die. Comptū. n. habem⁹
nocturnū aerē esse spiritib⁹ inimicū. Cōferet autē
diurni usus: præserti si plimū in apto deābulans,

DE VITA CAELITVS.

deuites p̄mo q̄dem n̄miã aeris int̄periẽ. Deide
frequẽtius mouearis, in eo q̄n̄ p̄ter tẽperiez &
serenitatẽ eius, stellarũ positio magis est hoĩbus
salutaris. Itẽz si loca eligas p̄ceteris odorifera:
per quẽ sitũ quotidiẽ mutes: & ipse quasi p̄tinue
& leniter moueatis. Mutare locũ quĩs seper cuz
delectu p̄cepi: q̄m̄ bona celestiuũ & uniuersẽ na
ture apud nos sũt rebus locisq̄ aliis passim atq̄
aliis distributa: q̄bus deniq̄ oĩbus est fruendũ.
Mitto q̄ uarietas tediũ p̄hibet spiritib⁹ iĩmicũ:
p̄priũq̄ Saturno Voluptatẽ uero affert: p̄ quaz
(ut ita dixerĩ) Ven⁹ ipsa uoluptatis amica uenit
in sp̄m̄: Atq̄ qđ eius officiuũ est, hũc statĩ ingres
sa p̄pagat. Sũmatim uero si qs cõsideret parady
sum, & pomi uite usũ apud Moysẽ. Item silẽm ui
crum a Platone positũ in Phedone, & quẽ Plini
us de ppl̄is ait odore uiuẽribus, itelliget esse ue
ra q̄ dicimus. Sz ad naturã sp̄s descẽdam⁹. Sp̄s
qđẽ qualitas est p̄culdubio Iouia: Cuius tpe no
bis ifundit̄. Est & solaris. Iuppiter. n. hunc infũ
dit, quaten⁹ ingentẽ Solis i se tẽperat potestatẽ.
Itẽ alia quoq̄ rõne Iouia est: q̄m̄ calida est, & hu
mida, & calore abũdat potius q̄ huõre: nascit̄q̄
sanguine: & uapor qđã sãguine⁹ appellat̄. Rur
sus q̄m̄ feruet, & subtilis est admodũ, atq̄ lucẽs,
orit̄q̄ corde, solaris p̄culdubio iudicat̄. Habet

& quodāmodo Venereā ī se uirtutē. Nā motu Venereo p̄fus exundat, p̄fluit, trāsserī, p̄lem- q̄ p̄pagat: ad uoluptatem cuiuslibet sensus se dilatat, refugit q̄ dolore. Sūmatim uero spiritus quaten⁹ corpori ad uītā & mortū p̄pagatōnēq̄ cōducit Ioui⁹, Venere⁹, Solaris existimā. Quatenus aīo ad sensū imaginationemq̄ ministrat, Solaris, Mercurialisq̄ cēset: & ubiq̄ Mercurialī existit. Quādoq̄dē adeo mobilis est, & tā facile cōuertibilis atq̄ formabilis. Saturni, Martis, Lūe sanus cōiter sp̄s nō multū habet. Alioq̄n ex illo sepe stupid⁹, ex hoc furiosus, ex hac obtusus quodāmō foret. Quā ob rē lūaria q̄dē uelut crassiora simulq̄ humidiora a subtili & uolatili natura spiritus sūt admodū aliena. Quę uero Saturnalia multū atq̄ nimīū Martialia sūt, quasi uenena sūt: spiritui naturaliter inimica. Illa q̄de ob extremā frigiditatē, atq̄ siccitatē: hęc autem ob siccitatē, calorēq̄ edacē. Iouia igit̄ & Solaris imprimis. Deinde Mercurialis & quodāmō Venerea: sp̄s natura censetur. Distictiōe uero p̄cipua sp̄s quidē naturalis Ioui proprie dedicatur: uitalis autē Soli: aīalis uero Mercurio. Quādo igitur res postulat aliquē e trib⁹ spiritū adiuuare, patrono tūc suo ī fortunato, uel debili, nō facile cliētulo succurrere poteris. Difficillie ue-

DE VITA CAELITVS.

ro spiritui aiali: dñ Mercurius infeliciter est affe-
 ctus: Qui tantã i aiali spiritu auctoritatẽ haber,
 ut caduceo quodã suo animos tum cõsopire, rñ
 suscitare dicañ: id est suo quodam aspectu sic aut
 aliter se habẽte obtundere ingeniu, ul' acuerẽ: de-
 bilitare, siue corroborare: uexare, uel sedare miri-
 fice possit. Tu igiñ quotiẽs spiritũ aliquẽ studes
 excolere, nõ modo patronũ suũ obseruabis for-
 tunatũ atq; potentẽ: sed etiã Lunã eliges ad hũc
 oportune directam. Non creañ autẽ neq; recre-
 atur aliquãdo pprie per i fluxũ Saturni solũ sub-
 stantia spũs: sed semp ab externis ad intima, & se-
 pe ab imis reuocatur ad sũma. Vnde ad secreto-
 ra & altiora cõtẽplanda cõducit. Potest rñ & si
 raro uis Martis atq; Saturni spũi tãq; medicina p-
 desse: uel calefaciẽdo cũ opus fuerit & excitãdo
 atq; dilatãdo: uel uicissim nimis uolatilẽ cohercẽ-
 do. Per ea uero potissimũ q̃ q̃ttuor illis planetis
 p̃sentanea sũt, creañ nata spũs, atq; recreañ. Verũ
 si ad Solaria q̃libet ualde, & absq; delectu decli-
 nes, exacues illũ & exsiccabis tãdẽ atq; dissolues.
 Si siliter ad Venerea liq̃facies paulatĩ, uel obtun-
 des. Si p̃fidas tñ Mercurialib⁹ parũ admodũ in-
 de p̃ficiẽs. Erit igiñ ope preciu: Iouialib⁹ uti q̃p̃li-
 mũ: eisq; reliq̃ mediocriter admiscere: ac frequen-
 tius uti rebus, q̃ uel his onibus eque sint cõmu

nes, uel proprię Ioui. Nā hęc quoq; omnib⁹ quodā modo sunt cōmunes. Cōmuniter āt ad hos oēs attinet, quę substātiāz habent, nec igneā nimis: nec p̄fus terreā: nec simpliciter aqueā: nec acutissimā: nec obtusissimā qualitatem: sed medio-crem: & tactu lenē: & quodāmodo mollē: uel saltem nō durā: siue asperā: itē gustu quodāmodo dulcem: olfactu suauē: uisu gratā: auditu blādā, atq; iucūdam: cogitatu letāz. Dulcedo igitur quędam saporis, & gratia his oībus est cōmunis. Si dulcedo quasi aquea est, & simul pinguis, ad Venerem magis attinet. Si quasi insipida, uel aliquātū austera, potius ad Mercuriū. Atq; hęc spiriui non multum profunt: necessaria tam sūt interdum, ad hebetandum nimiū eius acumē. Si dulcedo manifesta sit, atq; subtilis, & paulū habeat stiptici acutiq; saporis, Iouialis proprie iudicatur. Cui congruit substātia dulcis amigdale: pinei nucleī: auellāę: pistaciī: amidi: glycirhizę: passularū: uirelli ouī: carniū gallinacei pulli: fasianarū: pauonū: perdiciū: similiūq;. Itē radicū been atq; enulę. Rursum uini odoriferi, clari, aliq̄tum dulcis, & stiptici: sacchari cādidiissimi: tritici albiissimi. Ad Iouē pertinet etiā māna, si modo mirobalani infusa uirtute firmetur. Alioqn nō minus ad Venerē attinet q̄ ad Iouē. Hęc ē utiq; substā

DE VITA CAELITVS.

ria dulcedoꝝ Iouis pꝑria quę sane spiritui creã
 do & recreando ante omnia confert. Iouia uero
 plurimũ sũt oĩa: quę in libro de longa uita dixi-
 mus, & seruare iuueturẽ, & senibus salubria fo-
 re. Sin autẽ dulcedo admodũ pauca sit, mul-
 tũꝝ acuti stiꝑticiꝝ habeat, uel etiã non nihil a-
 mari, solaris esse censetur. Similis quẽdã ratio
 est, & distinctio de odoribus. Hi. n. saporũ ger-
 mani sũt. Similis etiam de coloribꝰ. Colores sane
 aq̃i, albi, uirides, aliq̃tũ crocei, siẽs uiolearũ, rosa-
 rũ, lilioꝝ coloribꝰ: necnõ odores eiꝰ modi Vene-
 rẽ referũt, & Lunam atqꝝ Mercuriuꝝ. Colores ue-
 ro saphirii, q̃ etiã dicũtur aerei. Itẽ purpurei ple-
 niores, aureiꝝ argento mixti, & perpetuo uiri-
 des, Iouẽ. Ardẽtes autẽ crocei: aurei puri: purpu-
 rei clariores, Solem. Quilibet uero colores si ui-
 ui sint uel saltem fericiũ magis stellares existũt. In
 metallis quoꝝ & lapidibꝰ atqꝝ uitrĩs propter cę-
 lestem similitudinẽ sunt potentes. Sed ut rede-
 amus ad Iouem: sapor & odor eius quasi ẽ, qua-
 lis in aureo pomo persico, similiꝝ piro, uel aran-
 ceo, & uino maluatico leuiore, leuiꝝ uernaceo.
 Qualis i uiridi zizibere, uel cinamomo, uel dolci
 maratro, uel doronico: si hęc plurimo saccharo
 cõdita gustent. Nam quattuor hęc, & nux mus-
 cata recens sola si sunt, potiꝰ solarĩa sunt: solaris

& chariophil⁹, & musc⁹ s; odoratu non gustu
non aspectu. Ambra solaris plurimū atq; iouia.
Crocus i oibus ē solaris: tā etsi color eius, & o-
dor apd astrologos oib⁹ gratiis dedicať. Sapor
autē ad Solē pprie pertinet. Deniq; oia odo-
rifera & aromatica: quaten⁹ odorē gratū ferūt:
ita ad Iouē Venerēq; & Mercuriū p̄tinēt, ut ad
Solē. Quāuis inter hęc acutiora magis ad solē,
obtusiora ad Venerem, Mercuriūq; potius: Ad
Iouē proprie tēperata, olfactu, gustu, auditu,
uisu, tactu. Soni q̄netiā cātusq; grati blādīq; ad
gratias omnes spectāt, atque Mercurium. Mina-
ces autē admodū atq; flebiles Martem p̄ferūt
& Saturnū. Neq; uero mireris nos multū colo-
ribus, odoribus, uocibus attribuere. Nam sapo-
res quidē ad spiritū p̄cipue pertinet naturalē:
odores autē potius ad uitalē, animalēq;. Colores
figurę uoces ad animalem. Motus quoque ani-
mi uel letus, uel moestus, uel constans spiritum
ad similitudinē suam agit uehemēter. Anima-
lem primo: per hunc uitalē: per hūc insuper na-
turalem. Spiritus tādē omis quia ob naturā quo-
dammodo igneam, aeriāq; omnino, & lucidā,
atq; mobilem, similis est luminibus: ideoq; colo-
ribus, & uocibus aereis, & odorib⁹, motibusq;
animi: ideo per hęc subito in utranq; partē mo-

DE VITA CAELITVS.

uetur, atq; formatur. Et qualis euadit ipse, tales uicissim efficit quodammodo affectus animi, & omnino corporis qualitatem. Deniq; cum pri- mum per illa, quae gratiarum propria sunt: oportu- ne gratius est expositus, utpote q; & naturaliter illis cōsentaneus erat, statim per illarum radios, tum ubiq; uigētes, tum ipsi germanos: mirifica reportat munera gratiarum.

Res naturales atque etiam artificiosae habent uirtutes a stellis occultas: per quas spiritum no- strum stellis eisdem exponunt. Cap. XII.

c Vm uero dicimus spiritum exponi grati- is per illa quae sunt gratiarum: non solum per qualitates: quae uidentur, audiuntur, odorā- tur, gustantur: sed etiā per illas, quae tanguntur accommodari putamus. Memēto igitur calidū in primo gradu Iouis eē. In secundo Solis cū io- ue. In tertio Martis cum Sole. In quarto Martis. Frigidū in primo ueneris. In secūdo Lunę. In ter- tio Lunę cū Saño. In q̄rto Saturni. Humidū i p̄ mo Mercurii cū ioue. In secūdo Veneris cū Lūa. In tertio Lunę cum Venere. In q̄rto Lunę, qñ Ve- neri Mercurioq; coniūgūt. Siccū i p̄mo iouis. In se- cūdo Mercurii cū Sole. In tertio Solis cū Marte. In q̄to Martis cū Saño. Sumati ex qlitatib⁹ pla- netarū, q̄s Ptolemę⁹ desc̄bit i q̄driprito colligi⁹

harmoniam ex cunctis conflata ad calorem humorumque declinare. Calor. n. Martis ingens atque Solis: & temperatus Iouis ingentem superat Saturni frigiditatem: & Veneris Lunaeque exigentiam: ita ut calor ibi frigore excedat. Item humiditas Lunae Venerisque prima & propinqua nobis atque temperata Iouis, siccitatem Saturni Martisque multam superat, & temperatam solis. Calor igitur humorum frigori siccoque dominantur: atque similiter calor humori. Quem admodum in sani corporis homine ad celestem consonantiam temperato ex calore & siccitate cordis, Item calore & humore iecoris, rursus frigore & humore cerebri coalescit complexio quaedam ad calorem humorumque uergens mediocriter calore regnante. Calor enim cordis & iecoris frigore cerebri superat. Item humor iecoris atque cerebri siccitatem cordis excedit. Neque uero praetermissum a nobis uelim, tales existere ex stellis fixis harmoniam cunctis communem qualem diximus ex planetis. Hos. n. illis similes astrologi putant. Quorsum haec: ut memineras spiritum corpusque nostrum per temperiem quamdam ad calorem humorumque uergentem, uel natura constantem uel arte questam accomodari posse celestibus: sibi quoque celestia uedicare. Neque tamen dicimus spiritum nostrum celestibus dumtaxat per qualitates rerum notas sensibus preparari.

DE VITA CAELITVS.

Sed etiam multoq; magis per proprietates quasdam rebus cęlitis insitas, & sensibus nostris occultas, rationi uix deniq; notas. Nā cū proprietates eiusmodi, earūq; effect⁹ elementalī uirtute cōstare non possint, cōsequēs est, a uita spūq; mundi per ipsos stellarū radios singulariter pficisci: ideoq; per eas spm̄ affici q̄ plurimū atq; q̄ primū: cęlestibusq; influxibus uehementē exponi. Hac utiq; rōne smaragdus, iacintus, saphirus, topatius, rubinus, unicorni cornu, p̄cipue uero lapis bezaar, apud arabes appellat⁹: occultis gratiarū proprietatibus p̄dita sunt. Et idcirco nō solū intus assūpta: sed etiā si carnē tangāt: ibiq; calefacta uirtutē suam p̄mant, uim idē cęlestē spiritib⁹ inferunt: Qua se contra pestē tuenī atq; uenena. Quod aut̄ hęc similiaq; tale aliqd agant uirtute celestī, id argumento est, q̄a etiā exiguo pondere sūpta nō exiguū hnt̄ in agendo momētū. Qd̄ elementalī qlitati uix unq̄ est cōcessum igni uidelicet ualde cęlestī. Materialis .n. uirtus ut agat multū: materiā desiderat multam: Formalis autē etiam cū minima materia ualet plurimū. Simili uirtute ip̄rimis phębea peonia carnē tangēs, cōtra caducum morbū spūs armat, uapore ad eos intus infuso. Simili corallus & calcidoni⁹ aduersum atrę bilis illusiones Iouis p̄cipue Veneris

m. i.

q3 uirtute. Ceteraq3 similiter. Eiusmodi quada3
pprietate mirobalani iuuentē seruant, ac uirtq3
sensus, & ingenio p̄sunt atq3 memorię: p̄pter Io
uem īprimis Saturni tēperatorē, atq3 Mercuriuz
sensus amicū. Quam q̄dem arborē forte aliqs in
paradyso ad uitam progandā extitisse putabit.

Mercurio lapidē Acharē cōsecrāt. Vnde phy
sici conueniūt ad facundiā uisumq3 & cōtra ue
nena ualere. Serapio scribit, eū qui iacintū uel ex
eo sigillū gestat, esse a fulgure tutum: at3 hāc uir
tutem eius esse latissime diuulgatā. Quam si ha
bet, ab Ioue putamus h̄re. Lapis aetires, uel aqli
n^o habet a lucina. i. Venere at3 Luna, ut admot^o
uuluę ptum mox, & facillime citet. Quod Rasīs
confirmante Serapione frequēter se dicit exper
tū. Forsan & a Phębo qui trāssixit Pythonē cre
tea dictamus habet, ut & uenenosis obsistat: &
ferrū e uulnere trahat. Sols uirtute zinziber infu
sum epulis arcet sincopim. Sentiana canis rabiez
sedat: fugatq3 serpentes. Berbena uaticiniū, p̄
stare fertur, leticiāq3, & expiationes: & uisū. Ru
ta & zedoaria cōtra uenena theriacā agunt. Th^o
uitalē & aiālem sp̄m aduersus heberudinē, obli
uionē, timorē fulcīt. Saluia uero mentaq3 uirtu
te Iouis, illa q̄dē p̄alyfim fugat: hęc uel odore ro
borat aim. Eadē uirtute Pentaphillon resistit ue

DE VITA CAELITVS.

nenis: eiusq; foliū bis quotidie unū uino bibitus
 curat ephimerā: tria tertianā: quattuor uero quar-
 tanā: hac herba sacerdotes anteq; pp puritatē suā
 in purificatōib; utebant. Agn; cast; ptate Satur-
 ni Venereū sistit morū. Hiaspis uero sāguinē. Mi-
 rabiles at; puenire solēt effect; ubi occulte pprī-
 etati ppetas seruit elemētalīs, uelut ī mīrobala-
 no ad spm̄ corpusq; firmādū: nō solū uirt; illa ce-
 lestis agit, sed et stiptica multū: nec par; aromati-
 ca uirt;: q̄ putrefactionē dissolutōezq; mirifice p-
 hibet, spm̄q; corroborat. Iā uero ut croc; petat
 cor, spm̄ dilatet, puocet risuz;: nō solū occlta So-
 lis uirt; mirabiliter efficit: s; ad idē q̄q; pducit ip-
 sa nata croci subtilis, āplificabilis, aromatica, lu-
 cida. Qd; at de simplicib; dico, de ppositis siliter
 dictū itelligi uolo. Dic age Theriaca quō ptra ue-
 nenū nobis opituletur. Nō educit illa uenenū. A-
 strigit. n. aluū: n̄ mutat oīno tā subito uenenī na-
 turā. Nō. n. hęc adeo debilis ē, at; mutabilis: Sed
 sp; uitalē poti; ualde tenuē, & mutabilē, subito
 pformi qdā ad ipsū pportōe corroborat usq; a-
 deo, ut ipse iā ualid; tāq; agēs, una cū theriaca ue-
 lut istrumto: pti super uenenū: pti mutet; pti a p-
 cordiis arceat. S; q̄ nā pportōe siue uirtute id ef-
 ficat theriaca: Iouiali sil; at; phēbea: quā ex pmix-
 tione multarū rerū scdm certā pportōez iuicem

DE VITA CÆLESTIS

confusarū sibi uendicauisse uideſ. Eſt autē in ea uirtus triplex. Hęc ipſa inq̄ cęleſtis: quā modo dicebā. Item cęleſtis alia prius in herbis aroma- tiſq; pprietas: quibus electis ipſa rite cōponitur, quę uirtuti pri⁹ dictę ſubminiſtrat ad idem. Eſt inſup alia uirtus ī pleriq; p̄tibus eius, elementa- lis potius q̄ cęleſtis. Verūtñ talis: ut ſpirituī mu- niendo cōducat. Stripticā dico & aromaticā qua- litatem. Illa q̄dem ſp̄m firmat. Iſta fouet. Mira- bilem ergo theriaca uim nacta eſt cōtra p̄peran- tem ſenectutē atq; uenenū: tribus uidelicet in ea uirtutibus ad idem pariter cōſpirātibus. Quarū una q̄dem eſt cęleſtis per artiſicioſā acq̄ſita cō- mixtionem. Alia cęleſtis iterum: ſed p̄tibus eius naturaliter inſita. Alia prorfus elemētalīs. Sed il- la quā prius dixi, cęlitus acq̄ſita, m̄ro etiā foret admirabilior: ſi non ſolū porportione Iouia So- lariq; & ex rebus eiufmodi cōflaretur: ſed etiam oportunū ad hoc obſeruatione cęleſtiuz tēpus eligeretur. Nam quēadmodū corp⁹ ſe habet ad locum, atq; tēpus, ita motus & actio ſe habet ad tempus. Sicut ergo certa paſſim corpora eorūq; formę certis & locis, & tēporibus coaleſcunt, at- q; ſeruant: ſic & proprie quędā actiones ex pro- priis quibuſdam tēporibus efficaciā nanciſcun- tur: Idque in Alcibiade ſignificat Socrates: &

DE VITA CAELITVS.

Proculus explicat. Quod sane Pythagoras aīad uertens, ipsū bonū p̄fectionemq̄ rerū, oportunitatem cognominauit. Primū nanq̄ principū Sic apud Pythagoram & Platonē omniū est mēfura, ut aliis corporib⁹ actionibusq̄ alia loca distribuerit atq̄ tpa. Vnde sicut res quēdā non alibi q̄ hic, nec alias q̄ tunc proprie nascuntur feliciter, & coalescunt, atq̄ seruantur: sic & materialis actio, motus, euētus talis, aut talis, non alias efficacīā sortitur, effectūq̄ p̄fectū, q̄ quādo cęlestium harmonia ad idē undiq̄ consonat: quę sane harmonia tantā habere potestātē existimat, ut non solū agricolarū laborib⁹, atq̄ medicorū artificiiis per herbas aromataq̄ p̄flatis: sed etiā imaginibus: quę apud astrologos ex metallis lapidibusq̄ fiūt, uirtutē sepe mirificā largiat. Sz imagines caput iam propriū exigunt. Quantū uero ad horas pro actionibus & opibus eligendas p̄tinet, plurimū confirmat a Ptolemęo, ubi ait in centiloqo, qui eligit quod melius est, nihilo differre uideēt ab eo, qui habet hoc ex natura. Quibus in uerbis tum cęlestiū, tum arbitrii electio nisq̄ nostre potestatem cōfirmare uidetur. Albertus quoq̄ Magnus inqt in speculo: Non enī libertas arbitrii ex electione horę laudabilis cohercetur: Sed potius in magnarū rerū inceptio-

nibus electionem horę contemnere: est arbitriū
p̄cipitatio non libertas.

De uirtute imaginū secundum antiquos, atq;
medicinarū cęlitus acquisita. Cap. XIII.

p̄ Tolemeus ait in centiloqo, rerū inferiorū
effigies uultibus cęlestibus esse subiectas.
antiquosq; sapientes solitos certas tunc imagi-
nes fabricare, qñ planetę similes in cęlo facies, q̄
si exemplaria inferioruz ingrediebant. Quod q̄-
dem Haly cōprobat ibi dicens: Utile serpentis
imaginem effici posse: qñ Luna serpentē cęlestē
subit, aut feliciter aspicit. Similiter scorpionis effi-
giem efficacē: quādo scorpū signū luna ingredit:
ac signū hoc tenet angulum ex q̄ttuor unū. Qd̄
in egypto suis tēporibus factum ait: seq; iterfuit
se: ubi ex sigillo scorpionis in lapide Bezahar, ita
facto, iprimebat thuri figura: dabatq; in potum
ei, quē scorpūs ipse pupugerat: ac subito cura-
batur. Quod qdē utiliter effici Hahamed phyfi-
cus affirmat, cōfirmāte Serapione. Pręterea nar-
rat Haly, notū illic sibi uirum sapientē industria
simili fecisse imagines quę mouerentur: qualem
effectam nescio quō legim⁹ ab Archita. Quales
& Trismegistus ait: egyptios ex certis mūdi ma-
teriis facere consueuisse: & in eas oportunę aias
Dęmonū inserere solitos: atq; aiam auī suī Mer-

DE VITA CAELITVS.

curii: item Phœbi cuiusdã, & Isidis, Osyridisq; sic in statuas descendisse profuturas hoïbus: uel êt nocituras. Huic illud simile. Prometheum figmento quodã luteo, uitã rapuisse, lucemq; celestem. Magi quetiã Soroastris sectatores, ad euocandum ab ecate spm̃ utebantur aurea quadam pila characteribus insignita celestium: Cui & saphirus erat insert⁹ & scutica quadã facta tauri corio uertebat: atq; interim excantabãt: Sed cantiones eadem libenter omitto. Nam & Psellus Platonicus eas improbat, atq; deridet. Hebrei quoq; in egypto nutriti struere uitulum aureum didicerunt: ut eorũdem astrologi putant ad aucupandum Veneris Lunęq; fauorẽ contra Scorpionis atq; Martis influxũ iudeis infestũ. Porphyrius quoq; in epistola ad Anebonẽ, imagines efficaces esse testat: additq; certis qbusdam uaporib⁹ qui a propriis suffumigationibus exhalabãt aërios Dẽmonas insinuari statim consueuisse. Iamblichus in materiis quę naturaliter superis consentaneę sint & oportune riteque collectę undique conflatęque fuerint uires effectusque nõ solum cęlestes: sed etiam Dẽmonicos, & diuinos suscipi posse confirmat. Idez omnino Proculus, atque Sinesius. Opera quidem ad salutem mira, quę a medicis in astrologia peritis, per res

DE VITA CAELI
ex multis cōpositas. i. pulueres, liquores, unguē
ta, electuaria fieri possunt: probabiliore in se rō
nem & notiore q̄ imagines habere uident. Tum
q̄ pulueres, liquores, unguēta, electuaria oportu
ne cōfecta cęlestes influxus facili⁹ citiusq̄ susci
piunt q̄ materię duriores: ex q̄bus imagines fieri
cōsueuerunt: tum q̄a uel assūmunt int⁹ affecta iā
cęlitus: & in nos cōuertunt uel saltē admota fo
ris inherant magis, & deniq̄ penetrāt: tū etiā qm̄
ex uno quodā duntaxat, aut p̄paucis imagines
cōstruunt. Illa uero ex q̄ plurimis cōflari pro ar
bitrio possunt. Ut si centū Solis Iouis ue dotes
per centum plātas & aialia similiaq̄ sparſę fuerit
cōponere simul hęc centū tibi cōperta possis, &
in unā cōficere formā. In qua Solē ferme Iouēq̄
totū iam uidearis habere. Scis p̄fecto naturā in
feriorē, nō posse uno quodā capere cunctas su
perioris naturę uires. Ideoq̄ illas p̄plures apud
nos naturas esse dīspersas. Cōmodiusq̄ per opa
medicorū, atq̄ filia, q̄ per imagines colligi posse.
Proinde imagines ex ligno p̄fectę uim forte par
uam habent. Nam lignū & forsan durius est ad
cęlestē influxū facile capiendū: & minus tenax, si
accepit, retinendū: & omīno postq̄ ex matris ter
rę uisceribus est euulsū: paulo post ferme totum
amittit mundanę uitę uigorē: & facile in qualita

DE VITA CAELITVS.

rem aliã transmutať. Lapilli uero atq; metalla, & si ad accipiendũ celeste munus duriora uident, diutius tñ retinēt, quod cōfirmat Iamblich⁹, si acceperit. Sua nēpe duritia uestigia quoq; dona q; uitę mundanę post euulsionē diutissime cōtinent quę quodã heretia terre possederāt. Quã obrem ob hoc saltē aptę materię ad capiēda tenendaq; celestia iudicant. Est & pbabile qđ libro superiore dixi, res adeo speciosas nō posse sub terra pflari, nisi maximo quodã conatu cęli: atq; durare in eis impressam semel ex conatu uirtutē. Nam in his coquēdis cogēdisq; diutissime celũ elaborauit. Verũ cuz neq;as facile eiusmodi plura cōponere; cogēdis diligēter exgrere; quod metallum inter cętera in ordine sit alicuius stelle potissimũ: qui ue lapis in ordine sũmus, ut saltez in uno quodã totius generis ordinisq; supremo reliqua pro uiribus cōprehendas: atq; leiusmodi susceptaculo celestia huic cōsentanea mutueris, ceu si exēpli cã in ordine solarĩ sub hoie phębeo sũmum inter aialia teneat astur, aut gallus. Inter plantas balsamũ aut laurus. Inter metalla auruz. Inter lapides carbūculus uel pãtaura. Inter elementa feruidus aer. Nam ignis ipse martius eē cęsetur. Quod aut diximus influxũ Solis uel Iouis aut Veneris augendũ, intelligimus rōne com

munī: non tamen illi in cuius genesi aliquis hoī
interfector appareat.

Ordines rerū a stellis pendētū ut Solariū atq;
similiū: & quomō spūs fiat Solaris. Cap. XIII.

d Ixi equidē alibi desup ab unaquaq; stel-
la (ut platonice loquar) seriē rerū illi pro-
priam usq; ad extrema pēdere. Sub ipso scorpio-
nis corde pōt eiūsmōi Dēmōas atq; hoīes: scor-
piūq; aīal collocare possū? etiā herbā Asteriō
.i. stellarē figura stellę similē nocte fulgentē: quā
medici tradunt qualitatē habere rosę, uimq; cō-
tra morbos genitaliū mirabilē possidere. Sub
serpente uel serpentario cęlesti Saturnū ponūt,
et quodāmodo Iouē. Postea dēmōas: q; sepe ser-
pētū formas induunt. Similes īsuper hoīes serpē-
tes animātes: serpētariā herbā: lapidē dracōitē,
capite draconis natū. Item cōmuni noīe serpen-
tinū. Et pręter ea q; in sequentibus afferā. Sub
stella solari. i. Sirio Solē primo: deīde Dēmonas
quoq; phębeos: quos aliquādo sub leonū uł gal-
lorum forma hominibus occurrissē testis ē Pro-
culus. Homines subinde persimiles bestiasq; so-
lares. Phębeas īde plātas, metalla similiter, & la-
pillos, & uaporē acréq; feruētē. Simili ratione a
qualibet firmamenti stella per aliquem planetaz
existimant contextum rerum gradatim sub illi?

DE VITA CAELITVS.

pprietate descēdere. Si igitur ut dicebā solaria
 omnia per gradum eius ordinis quēlibet oportu-
 ne cōprehenderis : homies uidelicet tales, uel
 talis homis aliqd. Item bruta, plātas, metalla, la-
 pillos, & quę ad hęc attinent, uirtutem solis us-
 que quaq; cōbibes: & quodāmodo naturalē so-
 lariū Dēmonū facultatem. Similiterq; de aliis ui-
 ctū puta. Solares qdem homies sunt, quales an-
 tea dixi: & qui ascendēte leone soleq; hunc uſ te-
 nente uel aspiciente nascuntur : & qui sub ariete
 similiter. Solaris est & sanguis e sinistro eorum
 beneualentū brachio missus. Phębus crocodil-
 lus, astur, leo, gall⁹, & cignus, & coru⁹. Nec alia
 ratione leo ueretur gallū: nisi qm̄ in ordine phę-
 beo gallus est leone superior. Eadē ratione inqt
 Proculus Apollineū Dēmonē, qui nonnunq; ap-
 paruit sub figura leonis, statim obiecto gallo dis-
 paruisse. Maxime uero in his aialibus cor est so-
 lare. Arbitror ēt marinū uitulū celestis leōis cor-
 di subesse: & hac ipsa rōne coriū ei⁹ quē cigit nu-
 dū fibula eiusdē osse cōfecta, a renū dolore redi-
 mere. Nā p̄tra dolorē eiusmōi solēt astrologi si-
 deris illius influxib⁹ uti. Eadē forte rōne ferē hęc
 pellis a fulgure nos tueri. Inter plātas palma phę-
 bea ē: & ip̄mis laur⁹, q̄ uirtute uenenosa repellit,
 & fulgur. Fraxinus quoq; similī facultate uene-

DE VITA CAELI
nosa lōgius arcet. Loton esse phēbeā rotūda tū
folia, tum poma testant, & explicatio foliorum
ei⁹ die, replicatio nocte. Peoniā phēbeā esse nō
solū uirtus indicat: sed & nomē. Ad idez attinē
flores & herbe que restrigunt abeūte sole: rede
ūte protin⁹ explicant: & ad solē cōtinue uergūt.
Aurum prēterea: & lapis elitis radiis aureis solē
imitans. Lapis itē, q̄ solis ocul⁹ appellat, figuraz
habens pupille, ex qua lumē emicat. Rursuz car
bunculus nocte rutilans, uel pātaura oēs in se la
pidum uires cōtinēs, ut aurū metallorum, & sol
stellarum. Multa deniq; in superioribus nobis sig
nificata. Vnde si modo liceat, sub imperio so
lis ex illo sanguine, & animalū illorū cordib⁹, &
foliis fructibusq; arborū prēdictarū. Itēz florib⁹
atq; herbis, & aurī foliis, necnō puluerib⁹ lapil
lorum, electuariū uel unguētū cōficere pote
ris: addito croco: balsamo: calamo arōatico: thu
re: musco: ambra: ligno aloes: zinzibere: mastice:
spica nardī: cinnamomo: daronico: citri cortice:
zedoaria: nuce muscata: mace: chariophilis cum
melle flauo: uel oleo balsamino: masticeo: lauri
no: nardino: Ad cor, & stomachum, & caput, in
t⁹ aut extra fouendū: ut spūs ide solaris euadat.

Ex his oībus inq̄ aut saltē ex plurib⁹ cōponē
dum domināte sole aliqd. Quo etiā sub eiusdez

DE VITA CAELITVS.

dominatu incipias uti: dūmodo & solaría indu-
 as: habites: cōspicias: audias: olfacias: imaginēris:
 cogites: cupias. Itē imiteris & uita dignitatez
 & munera solis. Inter solares homines plātaf-
 q̄ uerferis, laurūq̄ assidue tāgas. Tutius autē
 ad ualitudinē fuerit: solarib⁹ admiscere iouialia
 simul atque Venerea. Venereā maxime humidi-
 tatem solaris caloris moderatricē: qualis ē aqua
 succusq̄ rosarum, atq̄ uiolarū. Sz medicinas
 eiusmodi in libro de curandis litteratis primuz:
 deide in libro de uita longa, partim eqdē cōpo-
 sui: partim ab aliis cōpositas enarraui: partim eti-
 am temperaui. Itē: quales herbe a sole Ioue q̄ mi-
 ras cōtra epidimiā, & uenenū uires habeāt, dix-
 imus in libro contra pestem: inter quas Perfora-
 ta fuga Dēmon appellata est. Nec alia faculta-
 te q̄ celestium gratiarū noxios malorum Dēmo-
 num uapores a nobis arcere putatur. Et si qua i-
 ter herbas alia, uel lapillus, ut corallus idē uide-
 atur efficere. Herba p̄fecto lunaris a Mercurio
 tradita foliis ceruleis atq̄ rotūdis, crescente lūa
 unū quotidie p̄ducens foliuz: decrescēte depo-
 nēs, annos utenti p̄mittit lunares. Sed iā ad ima-
 gines altero quodam exordio redeamus.

De uirtute imaginū secundum antiquos atq̄
 medicinarū: & quō medicinē sint longe ualidior-

I lapillos quos paulo ante phœbeos narra-
uimus, nactus fueris, nihil opus erit, ima-
gines eis imprimere. Suspēdes itaque collo cōpre-
hēsos auro crocei ferici filis: quādo Sol sub arie
te uel leone percurrit: ascenditque uel mediū tenet
cēlū: aspiciatque Lunā. Multo uero potentiores
in serie Lunę lappillos narrat Proculus. Primus
quidē Selinitim. Qui non modo figura Lunā imi-
tetur: sed & motu: circūeatque cum Luna. Hunc si
forte reppereris, & argento circūdatū, argēteo
filo collo suspēderis, Luna cancrū, uel taurū sub
eūte, angulosque tenēte sibi cōueniētes, spiritū in-
de tuum reddes, postremo lunarem. Dum uide-
licet calefactus abste lapillus ipse lunaris uirtu-
tem suam tuis assidue spiritibus inserit. Alte-
rum uero recēset lapillum heliofelinon cogno-
mento. Qui solis lunęque coniunctę soli, natura-
liter habet imaginem. Hunc ergo quisque argen-
to inclusum deaurato similibus collo filis admo-
uerit, quādo Luna in domicilio suo uel solis, in
eodē minuto cū sole cōgredit, suosque teneat an-
gulos, solarē simul, atque lunarē spirituz reporta-
bit, aut saltē tales, qualis euadit Luna p cētrum
copulata soli. Hic uero tu uides dispersas phœ-
bi dotes: uelut Osyridis mēbra: sororez ei⁹ Phœ-

DE VITA CAELITVS.

bē uelut Isideꝝ cōgregare. Sed utinā solarē a-
 licubi lapidē facile reperirem⁹, uel lunarē: adeo
 ī eorū ordine prępotētē: quē admoduz sub serie
 septētrionalis poli magnetē habemus, & ferrū.
 Solarē profecto ferūtū uenisse apud idos Apol-
 lonium theaneū lapidē scilicet nomine Pantau-
 rā, ignis instar micātez: sub terra passus quattu-
 or nascētē: cui tm̄ spiritus insit: ut tumeat, & ple-
 runqꝫ scindatur terra, ubi eiusmodi lapis cōcipi-
 tur. Ita cęteros ad se lapillos trahens, sicut mag-
 nes ferrum. Sed lapis hic Herculeus ad se contē-
 plandum uehementius adhuc, nos impręsentia
 rapit. Videmus in specula nautaruz indice poli,
 libratum acum affectū in extremitate magnete,
 moueri ad ursā, illuc uidelicꝫ trahēte magnete.
 Qm̄ & ī lapide hoc pręualet uirtus ursę: Et hinc
 trāsferī ī ferrū: & ad ursāz trahit utrūqꝫ. Virt⁹ āt
 ei⁹ moī tū ab iitio ifusa ē, tū cōtiue ursę radiis ue-
 getat. Forsitan ita se habet succinū ad polū alte-
 rū, & ad paleas. Sed dic interea. Cur magnes tra-
 hat ubiqꝫ ferrū, nō qa sise. Alioqn & magnetem
 magnes traheret mltō magis: ferꝫꝫ ferꝫ. Nō qa
 supior ī ordine corporꝫ: imo supi⁹ ē lapillo metal-
 lum. Quid ergo? Ambo quidem ordine ursam
 sequente clauduntur. Sed Superiorē in ipsa ursę
 proprietate gradum tenet magnes: inferiore

uero ferrum. Supius autē in eodē rerū contextu trahit qdem quod est inferius, & ad se cōuertit; uel aliter quomodolibet agitatur, aut afficit uirtute prius infusa. Inferius uicissim eadē ad supius infusione conuertitur, uel aliter agitatur, uel prius afficitur. Sic in serie Solis inferior homo admiratur superiores. In ordine Iouis ueneratur. In Martio timet. In Venereo inferior ad superiorē rapitur amoris ardore, deseritq; seipsum. In Mercuriali semper hic discit, uel persuadetur ab illo. In lunari motum hic ab illo sepius exordit. In Saturnali quietē. Ego autē cum hęc explorata hactenus habuissem, admodū gratulabar, cogitabāq; iuuenis adhuc magnē pro uiribus insculpere cęlestis ursę figurā, quādo Luna melius illuc aspiciat; & ferro tunc filo collo suspēdere. Sperabā eadē ita demū uirtutis me sideris illi cōpotē fore. Sed cum diutius explorassem: inueni tandem sideris illius influxus Saturnales eē plurimum, atq; Martiales. Accepi a Platōicis malos Demonas plurimū septētrionales existere. Quod etiam hebreorū astronomi cōfitemur noxios Martiosq; Demonas in septētrione ponētes. Propitios autē & Iouios in meridie. Didici a Theologis & ab Iablichō imaginū fictores a Demonibus malis occupari sepius; atq; falli. Vidi eadē lapillū Flo

DE VITA CAELITVS.

rentiam aduectuz ex india, ibi e capite draconis erutū, rotundū ad nummī figurā, punctis ordie q̄ plurimis quasi stellis naturaliter insignitū: qui aceto perfusus mouebat parū per in rectū: imo obliquū: mox ferebatur i girū, donec exhalaret uapor aceti. Existimaui eq̄dem lapillū eiusmodi celestis draconis habere naturā, atq̄ quasi figuram: motū quoq̄ illius accipere, quatenus p̄ acetū seu uini ualentioris sp̄m, draconi illi siue firmamento familiarior redderet. Hunc igit̄ qui gesta ret & aceto sepe perfunderet, uim aliquaz forte draconis illius acciperet, qui geminis amfractibus. Hinc q̄dem ursam maiorem ipliat, inde minorem. Extat & p̄pe scorpionē serpentarius q̄ si homo serpēte cinctus: manu dextera caput serpētis tenens: sinistra caudā: genibus quasi flexis: capite paulū resupino. Legi eq̄dem magos persarū regi cōsuluisse: ut imaginē hanc lapidi impri meret emathiti: quē aureo clauderet anulo: ita tamē, ut inter lapillum atq̄ aurū serpentarię radicem insereret. Hoc. n. anulo gestantē cōtra uenenum morbosq̄ uenenosos tutum fore. Vide licet si Luna Serpentariū aspiciēte feceris. Hanc imaginē Petrus Aponensis cōfirmauit. Ego uero si hāc anulus ille uim habet, arbitror nō tā p̄ figurā, q̄ per materias eiusmodi: & hoc pacto tē

poreꝫ cōpositas, sibi cęlitus uēdicare. Memēto
lapillos nascentes in aīalibus nec īde languētib⁹
ut in dracone: gallo: irundine: cęterisq; efficaces
existere ferme, ut lapilli in terra nascētes: atq; ad
easde referri stellas: ad q̄s hęc aīalia p̄tinent. Hic
Alectorius ex uentriculo galli ueteris tract⁹ pol
let potestate solari: per quā Diascorides ait sepe
cōpertū esse, eum pugnare iuictū: q̄ lapillū hunc
ore gestaret. Idem ait: Celidoniū erutū ex irundi
ne ruffum, curare melācolicū, & amabilē, idone
umq; reddere. Quod qdē habet ex Ioue: per ea
quę diximus. s. Res ubiq; infra Lunā stellares ex
istere. Confirmat dictum illud ualde Platonīcū:
hanc mūdi machinā ita secū esse cōnexam, ut &
in terris cęlestia sint cōditiōne terrena: & in cęlo
uicissim terrestria dignitate cęlesti: & in occulta
mūdi uita, mēteq; regina mūdi cęlestia insint: ui
tali tñ intellectualiq; pprietate simul, & excellē
tia. Per hęc īsuper cōfirmāt nōnulli etiā illud
magicū: per inferiora uidelicet superiorib⁹ cōsen
tanea posse ad hoīes t̄pibus oportunis cęlestia
quodāmō trahi: atq; ēt p̄ cęlestia s̄ cęlestia nobis
cōciliari: uel forsan p̄rius insinuari. S; postremū
hoc illi uiderit. Verum illud arte quadā rite &
oportune in unū plurima colligēte fieri posse p̄
babile satis (ut diximus) esse uidet: tū rationibus

DE VITA CAELITVS.

quas in superioribus assignauim⁹: tū q̄a eiusmodi multa, q̄n apud medicū & Astrologū colligū-
 tur, cōrundunt, cōmīscēt, concoquūtur sub si-
 dere certo, dū ipsa per se ratione cōcoctionis at-
 q̄ fermenti, nouā paulatim formā subeūt: hanc
 ipsā acq̄runt certo quodā fomēto cęlesti, radiis
 tunc intus agētibus: ideoq̄ cęlestem. Metallū
 uero uel lapillus q̄n momēto sculpiūt, nō uiderur
 nouā accipe q̄litatē: sed figurā: Neq̄ motio illa p̄
 debitos digestionis grad⁹, quos alteratio natu-
 ralis, atq̄ generatio solet obseruare, progrediūt.
 Cū uero natura cęlestis tanq̄ inferioris nature re-
 gula soleat tenere quodā p̄gredi naturalī, & ita p̄
 grediētib⁹ adspirare: merito diffidūt pleriq̄: ima-
 gines eiusmodi cęlestē aliquā uirtutē h̄re. Ego q̄z
 ābigō sepi⁹: ac nisi & oīs antiquas, & oēs astrolo-
 gi uim mirabilē h̄re putarēt: h̄re negarē. Negarē
 eq̄dē nō oīno. Opinor. n. nisi q̄s aliter psuaferit,
 ad p̄spā ualitudinē saltē aliquā h̄re uirtutē, elec-
 tē p̄fertī rōne materię. Tāetsi mīto maiorē inesse
 pharmacis arbitror: & unguētis sidereo fauore
 p̄flatī. Quid uero uoluerī, ubi mō dicebā electę
 rōne materię, ī seq̄ntib⁹ declarabo. Quę uero ex
 magorū uel astrologorū opinione ad Plotinum
 interpretandū pro imaginibus allegari possūt, deī
 ceps breuiter afferā: si te pri⁹ hic admonuero: ne

putes pbare me usũ imaginũ: sed narrare. Ego enĩ medicinis ad cẽlũ tẽperatis, non imaginibus utor. Atq; ita cẽteris quotidie consulo. Tu uero si cõcedis Deum rebus infra Lunã mirabiles i feruisse uirtutes, mirabiliores cõcede cẽlestib⁹. Prẽterea si licere iudicas homini ad p̄sperã ualitudinẽ inferioribus uti: iudica superiorib⁹ quoq; licere. Atq; inferiora ad superiorũ normã: sic medicorum artificio temperare: sicut etiã a Deo sunt ab initio temperata.

De potestate cẽli. De uirib⁹ radiorũ, unde uĩ fortiri putentur imagines. Cap. XVI.

i Minensa ferme cẽlestiũ magnitudo uirtus motio facit, ut oẽs omniũ siderũ radii terre molem quẽ quasi punctũ est ad cẽlũ, momento facillimeq; usq; ad centrũ recti penetrent: qđ omnes astronomi confitent. Ibiq; ut placet Pythagoreis atq; Platoniceis fortissimi sint: tũ qa recti undiq; centrũ tangunt: tũ qa in angustũ collecti sunt cuncti. Quorũ uehemẽtia materia ibi terre sicca p̄cul ab humore remota prorsus acceditur: accensaq; extenuat, atq; disp̄git: per meat⁹ undiq; & efflat incendia p̄iter atq; zulfur. Sed ignem hunc putãt ualde caliginosũ esse, & quasi incendium quoddã luminis expers: sicut in cẽlo extat expers incendiĩ lumẽ: Ignis aut̄ inter cẽlestem

DE VITA CAELITVS.

atq; infernū: lumen cū feruore coniungit. Putāt autē ignem e centro flantē, ignē esse uestalē: Siq; dem uestā esse terrę uitā numēq; putabant. Ideo q; Vestę templū ueteres in mediis urbibus construebant: ignēq; in medio ppetuū collocabant. Sed ne ulterius peruagemur, cocludamus iam si stellarū radii totā mox terrā penetrāt, negari nō facile posse metallū atq; lapillū, qñ celant̄ imagi nibus, subito penetrare: eisq; miras uel saltē qualescunq; impmere dotes. Quādoq; dem & in aluis terrę pretiosissima generāt. Sed q; neget per hec radios penetrare? Siq; dem aer & qualitas ei⁹ & sonus minus efficax solida trāsit subito, & sua qdam afficit qualitate. Iam uero si duritiā radiis obsisteret penetrātibus lumen multo citi⁹ aere q; aquā ptransiret. Et hāc ocius: multo q; uitrum & uitrū similiter q; chrystallū. At cū eodē momēto solida, quo liqda cuncta transfuerberet, pspicue cōstat duritiā radiis nullo mō resistere: atq; idcirco dicent nō esse negandū metalla cęlestiu; radios influxusq; suscipere: Atq; etiā cōseruare ad tempus tunc sibi cęlitus destinātū. Cōseruare iq; uirtutē quandā ex radiorū concurrentiū contactu creatā. Quid uero? Si materia durior hoc ipso qd̄ uideretur obsistere causę p̄potenti, magis ic tibus se exponit: Sic ensis lignū sub lana incidit

non incisa lana. Sic radius ille fulmine⁹ corio qñ
q̄ non leſo diſſoluit in eo metallū. Cum uero na-
tura cęleſtis noſtro hoc igne incōparabiliter ſit
preſtantior, nō eſt putandū radii cęleſtis officiū
eſſe dūtaxat quale opus ignei radii manifeſte ui-
demus. ſ. illuminare, calefacere, exſiccare, pene-
trare, extenuare, diſſoluere: q̄ noſtris ſenſibus no-
tiſſima ſūt. Sed multo plures mirabilioreſq̄ uires
& effectus h̄re. Alioqñ, & materia inferior, & ca-
ducus ſenſus cū diuinitate cęli penit⁹ equaretur.
Sed q̄s neſciat uirtutes rerū occultas, q̄ ſpeciales
a medicis nominant, nō ab elementalī natura fie-
ri: Sed cęleſti? Poſſunt itaq̄ (ut aiūt) radii occul-
tas, & mirabiles ultra notas imaginibus iprime-
re uires: Sicut & cęteris iſerunt. Non. n. i. animati
ſunt ſicut lucernę radii: ſed uiui, ſenſualeſq̄ tanq̄
per oculos uiuētium corporum emicantes: do-
teſq̄ mirificas ſecū ferūt ab imaginationib⁹ mēti-
buſq̄ cęleſtiū. Vim quoq̄ uehementiſſimā ex affe-
ctu illorū ualido, motuq̄ corporū rapidiſſimo:
ac pprie maxieq̄ in ſp̄m agunt cęleſtibus radiis
ſimillimū. Agūt iſuper in corpora uel duriffima.
Oīa. n. hęc ad cęlū infirmiſſima ſūt. Sunt autē in
uariis ſtellis uarię quoq̄ uires: & idcirco i radiis
earū iter ſe uarie. Preterea in radioꝝ ictibus ali-
ter atq̄ aliter icidētibus, uirtutes diuerſę naſcūt.

DE VITA CAELITVS.

tur. Deniq; in ꝑcursibꝰ radiorꝰ mutuis, aliter atq; aliter: & hic aut ibi: & tũc aut alias effectis diuerse subito vires suboriunt: multo magis atq; citius q̄ in aliis, atq; aliis elemētorũ, q̄litatũq; elemētaliũ mixtionibꝰ. Multo et citiꝰ q̄ in tonis & numeris apd̄ musicũ aliter & aliter ꝑcinētibꝰ. Si hæc diligēter ꝑsideraueris: forsitan nō diffides: dicēt: subito quōdā radiorũ iactu vires imaginibꝰ iprimis: atq; ex diuerso iactu diuersas. Nūq; ergo tā cito? Mitto fascinatiōes repētino quodā ituitu factas: & amores accerrimos statim accēsos radiis oculorũ, q̄ & ipsi sũt fascinaĩta q̄dā qđ in libro de amore ꝑbamus. Mitto q̄ cito rubēs oculꝰ ificiat ituetē, & speculũ itues femia mēstruosa. Nōne & familię q̄dā apd̄ illiricos & triballos iratę ituitu hoies itemisse ferũt? Et feię q̄dā i scithia idē facere ꝑsueuisse. Et catoblepe īguliq; serpētes radiorꝰ ex oculis iactu hoies ꝑimunt. Torpedo quoq; marina tactu etiã ꝑcul per uirgã manũ subito stupefacit. Echinnꝰ ꝑterea pisciculꝰ grandē solo tactu nauē sistere fertur. Phalangia q̄netiam in apulia ictu quopiã: uel occulto spiritũ aimq; repentinio stupore ꝑmutant. Quid rabiosus canis facit, uł nō apparēte morſu? Quid scopa, deide qđ arbutꝰ? Nōne leuissimō tactu ueuenũ cōcitāt atq; rabiem? An ergo negabis cęlestia oculoruz

fuorū radiis, quibus nostra contuentur simul atque
 contingunt, statim miranda perficere: lam uero gra
 uida mulier tactu statim signat membrum hominis
 nascitur rei desiderate nota. An uero dubitabis,
 radios aliter aliter uel tangentes diuersa perficere?
 Cum & tu helleborum herbam colligens: siue folium
 deorsum trahas: siue sursum: hoc subito tactu: cau
 sa sis helleboro, ut deorsum educat humores, aut
 sursum. Nonne ab initio rei cuiusque generande
 celestes influxus concoctione materie digestionem
 que perfecta non tam tempore quam momento dotes mirifi
 cas largiuntur? Nonne suffragante celi uultu inu
 merabiles sepe ranas, similesque animantes ex arenis
 momento produuntur? Tanta est in materiis prepara
 tis potentia celi tanta celeritas. Denique si ignis
 hoc habet, ut tempore quibrevissimo faciat, que cetera
 longo, ob id precipue quod est celo simillimus:
 quis nam dubitet, celum magna quasi momento per
 ficere: etiam in materia minus parata, sicut flamma
 solet ingentior? Quid ergo dubitas, inquit, in
 imagine construenda ferme similiter agere ce
 lum? Dices opinor, sicut & ego dicebam: natu
 rales hic alterationis gradus abesse. Qui sane de
 fectus minuit quidem celeste donum: nec tamen penitus
 auferre uideatur. Nolunt enim Physici ex quolibet
 metallo uel lapide imaginem fabricari: sed certo. In

DE VITA CAELITVS.

quo quod natura celestis uirtutē olim ad hoc ipsum quod optat naturaliter inchoauerit: & quasi iam iam profecerit: ut in sulphure flammā. Quam sane uirtutē, tunc demum perficiat: quoniam materia haec per artē, sub simili quodam influxu celesti uehementer agitatur: & agitata calescit. Itaque ars suscitatur inchoatam ibi uirtutē: ac dum ad figuram redigit, similem suae quodam celesti figure: tunc suae illic ideae prorsus exponit: quam sic exposita: caelum ea perficit uirtute, qua ceperat. Exhibens quasi sulphuri flammam: sic potentia quodammodo debilis sepe per frictionem calefactionemque facta ualidior subito rapit.

Silem uirtutem Serapio scribit datam lapidi Albugedi quasi iacinto simili. Sed non prius trahere paleas: quam capilli hoc lapide perfricentur. Sic item lapis ille Iouius Bezaar. id est a morte liberatus: quem descripsi in libro Contra pestem: uim ab initio contra uenenum accepit ab Ioue. Sed non usque adeo ualida: ut eandem tradere possit materiis aliis exercendam. At uero cum primum sub Scorpionis celestis influxu figuram superni illius acceperit: perfectam contra scorpiones subito uim reportare putatur. Quae mastici concitare ualeat, aut thuri. Eadem quoque de iacinto, Topatio, Smaragdo, ceterisque ratio est habenda, ut fabrica figurarum non alibi efficaciam ha-

beat: q̄ ubi materia cū stella cōgruit & effectua:
qua hunc faber exoptat accipe. Ac pręterea ubi
hec ipsa materia quasi iā talis ē ab initio qualem
affectas reddere p̄ figuram. Nullis ergo materiis
ad imagines uti cōsulūt, nisi his ip̄is, q̄ tibi notę
sūt: hanc ip̄az ferme iā uim habere quā cupis. La-
pillorū itaque uires, atq; metallorū diligentissi-
me p̄scrutari iubent: Intereaque meminisse inter
lapillos qdē carbunculū i tenebris corruscantē,
atq; pantaurā p̄cipue Soli subesse: Saphyrū Io-
ui: Smaragdū Veneri: Mercurio: Lunę. Pręte-
rea metalla pręter aurū & argētū uix ullā ad hęc
habere uirtutē. Tutiorēq; in his rationē fore:
si aurū qdē puruz ad Solem referas: atq; Iouem.

Ad illū quidē p̄pter colorē: ad hūc autē p̄p-
ter tempatā cōmixtionē. Nihil enī Ioue & auro
tēpati⁹. Purū uero argētū ad Lunā: Sed ad Iouē
simul atq; Venerē aurū argento permixtū. Prę-
terea imaginē efficaciorē fore: si uirtus i materia
eis elemēta⁹ p̄ueiat cū speciali, eiusdē uirtutē na-
turaliter isita, atque hęc insup cū uirtute altera
speciali p̄ figurā celit⁹ capiēda. Deniq; figuras
inferiores, & formas celestib⁹ cōformari, inde p̄
disces (ut aiunt) q̄ Perseus trūcato Medusę capi-
te futurā nōnullis obtrūcationē portēdere cō-
sueuit: multa q; similit̄: & lunā aliosq; plāetas sub

DE VITA CAELITVS.

certis signis certa in nobis membra mouere non dubitant.

Quam uim habeant

figurę in celo atq; sub celo. Cap. XVII.

¶ Ed ne figuris nimirum forte diffidas, memisse iubebunt, in regione hac sub lunam elementalibus: elementalibus quoque qualitates posse quam plurimum, in transmutatione uidelicet ad aliquid elementale redere. Calorem. scilicet & frigus, & humor, atque siccitatem. Qualitates autem quae minus elementares materiales uel sunt scilicet lumina. id est colores. Numeros quoque similiter, & figuras ad talia forsitan minus posse. Sed ad caelestia munera (ut putant) ualere permultum. Nam & in celo lumina, & numeri, & figurae sunt ferme omnium potentissima. Praesertim si nulla sit ibi materia. Quod Peripatetici plerique putant. Sic enim figurae, numeri, radii, cum non alia sustineant ibi materia, quasi substantiales esse uidentur. Atque cum in ordine rerum mathematicae formae physicas antecedant, tanquam simplices quidem magis, & minus egenae: merito in antecedentibus mundi gradibus id est caelestibus auctoritatem sibi maximam uendicant, ut non minus inde fiat numero, figura, luce, quam elementari quadam proprietate. Huius quidem auctoritatis habent etiam sub Luna signum. Qualitates enim ualde materiales plurimis rerum speciebus sunt communes: eisque quodammodo permutatis, non usquequaque species permutan

tur. Figure autem numerique partium naturalium, proprietatem cum specie inseparabilem peculiariterque possident. Vtpote que celitus una cum speciebus destinata fuerunt. Immo & cum ideis maximam habent in mente mundi regina connexionem: Atque cum ipsae numerique species quedam sint, ideis ibi propriis designate, nimirum vires inde proprias sortuntur. Ideoque tum species naturalium certis figuris, tum motus, & generationes, & mutationes certis numeris astringuntur. De lumine uero quid dicam? Est enim actus intelligentie uel imago. Colores autem sunt lumina quedam. Quapropter ubi lumina id est colores, figurasque, & numeros Astrologi dicunt in materiis nostris ad celestia preparanda posse se quamplurimum, non temere (ut aiunt) debes ista negare. Non ignoras concentus per numeros proportionalesque suas, uim habere mirabilem ad spiritum & animum, & corpus sistendum, mouendum, afficiendum. Proportiones autem ex numeris constitute, quasi figure quedam sunt, uelut ex punctis lineis que facte. Sed in motu. Similiter motu suo se habent ad agendum figure celestes. Hae namque harmonicis tum radiis, tum motibus suis omnia penetrantibus spiritum indies ita clare afficiunt, ut musica prepotens palam afficere consueuit. Nostri preterea quam facile multis misericordiaz moueat fi

DE VITA CAELITVS.

gura lugentis. Et quantū oculos imaginatōne
 & spiritum, & humores afficiat statim atque
 moueat amabilis personę figura. Nec minus
 uiua est, & efficax figura celestis. Nōne prin-
 cipis in urbe uultus quidē clemēs, & ilaris exila-
 rat omnes? Ferox uero uel tristis repente perter-
 ret? Quid ergo celestiū uultus, dominos omni-
 uz terrenorū aduersus hęc efficere posse putas?
 Quippe cum etiā coeūtes ad prolem, plerūque
 uultus, nō solum quales ipsi tunc agūt: Sed etiā
 quales imaginātur, soleant filiis diu postea nas-
 cituris imprimere. Vultus eadē ratione celestes
 materias confestim suis notis inficiunt. In quib?
 si quādo diu latitare uidētur, temporibus dein-
 de suis emergunt. Vultus autem cęli sunt fi-
 gurę celestes. Potes uero facies illic appellare fi-
 guras, cęteris ibi stabiliiores. Vultus autē, figu-
 ras: quę magis ibi mutantur. Aspectus quoque ī
 ter se stellarum motu quotidiano cōfectos, uul-
 tus appellare potes similiter, & figuras. Nā exa-
 goni, pentagoni, tetragoni nominant. Esto
 dicet quispiam. Sint ut placet potentissime ad
 efficiendum figurę celestes. Verum quid hoc
 ad figuras imaginū artificio factas? Responde-
 bunt, nō id potissimū contendere: ut potētissime
 per se ad agendum sint nostrę figurę: Sed ut pa-

ratissimę ad actiones & uires figurarũ celestius
capiēdas: quatinus oportune fiunt dominātib⁹
illis, atque examussim ad illas cōfigurant. Exigunt
enī figura illa figurā. Nōne sonāte cithara quę
dā, altera reboat? Ob id tātū: si & ipsa similitē figu-
rā habeat, atque e cōspectu sit posita: Et fides in
ea posite, & intēte siliter. Quidnā hic efficit, ut
cithara subito patiat a cithara, nisi situs aliquis
& quędā figura cōformis? Figura speculi le-
nis, cōcaua, nitens celo cōgrua: ob hoc ipsū pro-
prie, munus tantū cęlitus accipit, ut radios Phę-
bi in se cumulatissime cōplectat. Et solidissimū
quodq; ad centrū suū e cōspectu locatū repente
cōburat. Ergo ne dubites dicent: Quin mate-
ria quędā imaginis faciēde, alioquin ualde con-
grua cęlo, p figurā cęlo similitē arte dataz cęleste
munus, tum in se ipia concipiat, tū reddat in pxi-
mum aliquē uel gestantē. Non solū uero figu-
ra: Sed etiā dispositio peruia, quā Diaphanā uo-
cāt, inefficax quiddaz est, & passiuū suapre natu-
ra. Veruntamen quoniā peruia dispositio est
in cęlo proprium lumis susceptaculū: ideo ubi-
cunque sub cęlo, hęc uel est naturalis: uel modicē
aliquo cōparat: Subito p̄sens cęleste lumē acqr-
tur: At qz et cōseruat: ubi una cū hac uel calor est
igne⁹ ut i flāma, uel ē aliqd aereū, aqueū ue siml

& glutinosū. Vt in noctilucis, & nocticernis, & carbunculis, atq; forsan quodāmodo ī cāphora. Quid inde sequat̄ p̄ imaginibus ipse reputa.

Quales cęlestium figuras antiqui imaginib⁹ iprimebant. Ac de usu imaginū. Cap XVIII.

a Līquis autez queret, quas potissimū cęli figuras imaginib⁹ imprimere soleāt. Sūt enim ibi forme oculis ualde cōspicue, & a multis, quales sunt, quasi depictę, ut Ariēs, Taurus, similesq; figurę zodiaci; & quę sunt extra zodiacum manifestę. Sunt ibi pręterea formę quā plurimę, non tam uisibiles q̄ imaginabiles per signorum facies ab Indis, & Ægyptiis: Caldeisq; perspectę: uel saltem excogitatę. Velut in prima facie uirginis uirgo pulchra sedens, geminal manu spicas habens, puerumq; nutriēs. Et reliquę: quales describit Albumasar: Cęterique nonnulli.

Sunt denique characteres qdā signorū & planetarū ab ęgyptiis designati. Volūt igit̄ imaginibus omnia hęc insculpi. Vt si qs expectet p̄ prium a Mercurio beneficium, collocare eum in Virgine debeat: uel saltē ibi Lunaz cum aspectu Mercurii. Et imaginē tūc ex stāno ꝑficere, uel argento. In q̄ totū uirginis sit signū: Et character ei⁹ characterque Mercurii. Ac si prima uirginis fa-

cie s'is ufurus: addas etiam figurã: quã i prima fa-
cie dixim⁹ obseruatã: Similiterq; de ceteris. Po-
stremi quidẽ imaginũ auctores uniuersam earũ
formã ad celi similitudinẽ accepere rotũdã. An-
tiquiores autẽ quẽadmodum in quodam Ara-
bum collegio legimus, figuram crucis cunctis az
teponebant. Quia corpora per uirtutẽ agũt ad
superficiẽ iam diffusam. Prima uero superfici-
es cruce describitur. Sic enĩ in primis habet lõgi-
tudinẽ atq; latitudinẽ. Primaq; hæc figura ẽ, &
omniũ recta q̃ maxie, & quattuor rectos angu-
los continet. Effectus uero celestiuũ maxime p
rectitudinẽ radiorũ angulorũque resultãt. Tũc
enĩ stelle magnopere sunt potentiores: quãdo quat-
tuor celi tenent angulos immo cardines: oriẽtis
uidelicet occidentisq; & mediũ utrinque celi.
Sic uero dispositę radios ita coniũciunt in se iui-
cem, ut crucem inde constituãt. Cruce; ergo ue-
teres figurã esse dicebãt: tum stellarũ fortitudie
factam: tum earũdẽ fortitudinis susceptaculu;.
Ideoque habere sũmam in imaginib⁹ potestatẽ:
Ac uires & spiritus suscipere planetarũ. Hęc
autẽ opinio ab egyptiis uel inducta est, uel max-
ime cõfirmata: iter quorũ characteres crux unus
erat insignis: uitã eorũ more futurã significans:
eamque figurã; pectori Setapidis insculpebãt.

DE VITA CAELITVS.

Ego uero quod de crucis excellentia fuit apud
 egyptios ante Christum, non tam muneris stellarum
 testimonium fuisse arbitror, quam uirtutis praesagium: quam
 a Christo fuerat acceptura. Astrologos autem qui
 statim post Christum fuerunt, uidentes a Christianis
 miranda per crucem fieri, nescientes autem uel nolen-
 tes in Iesum tanta referre, in caelestia retulisse. Quam
 quam considerare debebant per crucem ipsam, absque
 nomine Iesu miracula minime perpetrari. Conue-
 nire quidem imaginibus eam, quae referat fortitudinem
 planetarum omniumque stellarum forsitan est probabi-
 le. Non tamen ob hoc duntaxat ingentem habere
 potentiam. Posse uero non nihil, una cum ceteris,
 quae necessaria sunt coniunctam: ad prosperam forsitan
 corporis ualitudinem: Sed ad narrandas aliorum opi-
 niones, ut cepimus reuertamur. Saturni uete-
 res imaginem ad uitae longitudinem faciebant in lapide
 de Feyrizech, id est saphyro, hora Saturni: ipso
 ascendente, atque feliciter constituto. Forma erat:
 Homo senex, in altiore cathedra sedens: uel dra-
 cone: Caput reclusum panno quodam lineo fusco:
 manus supra caput erigens: Falcem manu tenens,
 aut pisces: fusca indutus ueste. Ad longam ui-
 tam, atque felicem, Iouis imaginem in lapide claro, uel
 albo. Erat homo sedens super agram uel draco-
 nem, Coronatus: hora Iouis: ipso in exaltatione sua

feliciter ascendente: crocea induto ueste. Cōtra timiditatē hora Martis imagines fabricabāt p̄ma Scorpiōis facie oriēte. Martē armatū, & coronatū. Ad morbos curandos fingebāt Solis imaginē in auro hora Solis: prima facie Leonis ascendente cū sole. Regē in throno, crocea ueste, & coruū Solisq; formā. Ad leticiā roburq; corporis, Veneris imaginē puellarē: poma floresq; manu tenentem: croceis & albis idutam: hora Veneris prima facie Librę, uel Piscii, uel Tauri ascendente cū Venere. Imaginē Mercurii ad ingeniū, & memoriā p̄ma facie Geminorū. Itē cōtra febres sculpebat Mercurius, Homo tela manu tenēs, hora Mercurii surgēte Mercurio: sculpebant hanc in marmore. Subinde materię cui piā i primebant languentibus assumendę. Hinc omne genus febrū curari dicebant. Imaginem Lunę ascendente prima facie Cancri ad augmentū. Forma Mercurii: Homo sedēs in throno, galteratus, cristatusq;, pedibus aqlinis: sinistra galilū tenens: aut ignē. Alatus: aliqñ sup pauonem. Dextera tenens clauū: ueste uaria. Luna puella pulchra cornuto capite super Draconē uel Taurum serpētes supra caput, & sub pedib⁹ habens. Ad curandū calculū genitaliūq; dolores & ad sāguinē astringendū imaginē hora Saturni: sur-

DE VITA CAELITVS.

gente tertia facie Aquarii cum Saturno. Item leonem auro imprimere, lapidem in formam Solis pedibus reuoluentem; hora Solis: primo gradu faciei scilicet Leonis oriente. Hanc expellendis morbis profuturam existimabant. Ad rem morbos similem faciebant, quoniam Sol in corde Leonis celum medium obtineret: a Petro aponesi comprobata & experientia confirmata: sed hac conditione, ut Iuppiter aut Venus medius aspiciat celum: planetas uero noxii cadant: infortunatius sint. Accepi a Megastro physico perclaro eiusmodi imaginem factam Ioue ibidem coniuncto cum Sole liberauisse Iohannem Marlianum Mathematicum nostrum scilicet singulari a pauore quo sub tonitru affici consueuerat. Preterea ad firmam sanitate & ueneficia deuotanda imaginem ex argento fingebant hora Veneris: Luna angulos obtinente: ac Venerem feliciter intuente. Dum dominus sextus domum Venerem aspiciat, aut Iouem trino quodam intuitu uel opposito. Mercurius autem non sit infelix. Agebant haec hora diei Solis ultia. Ita ut dominus horam decimam teneret celi plagam. Petrus Aponensis inquit medicum per imaginem infirmum curare posse. Mox in ea fabricanda obseruet, ut anguli ascendentes, medii celi, occidentis sint fortunati: & ascendentes dominus: & eadem ratio scilicet sexta & dominus eius sit infelix: ait etiam sanitate fore firmiorem, uitamque longiorem quam ab utero fuerit instituta: si natiuitate prospecta

fiat imago: in qua hæc fortunata ponant. s. illius significator uitæ. Itē uitæ datores, tū signa tū domini: præsertim ascendens, eiusq3 dominus. Itē celi mediū. Locus Solis. Pars fortunæ. Dñs conjunctionis uel præuentionis ante natiuitatē factæ. Mali quæritā infortunati cadant. Cōcludit astrologorū nullum dubitare, qn ad pducendā uitā talia cōferant. Prolixum foret dictu, quas per quælibet signa facies antiq, & quas Lunæ stationes, tanq̄ necessarias in exprimēdis imaginib⁹ obseruabāt. Nā in statione Lunæ a gradu uirginis decimoseptio ad finē eius faciebāt imagines cōtra morbos, & odia: & ad iter felix. In statione a pncipio Capricorni ad gradū duodecimū: cōtra morbos, & discordias, atq3 captiuitatē. In statione a gradu duodecimo Capricorni ad gradū uigesimali q̄ntū aduersus langorē & carcerē. In statione a gradu q̄rto pisciū ad gradū eiusdē decimumseptimū ad curandos morbos: ad lucrū: societate: ad augēdas messes. Et in aliis siſiter alias: uana sæpius curiositate machinabant. Solas uero recensui quæ nō tā magū q̄ medicū redolerēt. Nā & medicinaz eiusmodi uanā plurimum fore suspicor. Pro aliis autē magis legitimis medicina rū cōfectionibus eiusmodi māſiones Lunæ arbitrator eligendas. Atq3 etiā in ariete gradū sextum.

DE VITA CAELITVS.

rursus decimūnonū. minuta. XXVI. Itē in gemi-
nis gradū decimū. minuta. LI. In cācro gradū de-
cimūnonū. minuta. XXVI. In libra gradum sex-
tū. minuta. XXXIII. In capricorno gradū deci-
mumnonū. minuta. XXVI. In aquario gradum
scđm. minuta XVII. In eodē gradū decimumnon-
tum. minuta. VIII. Pręterea sententiā Haly men-
te tenendā. Quodlibet signū q̄diu Sol est in eo
uiuū fieri. Cęteris dominari. Effectū eius pręce-
teris euenire. Vt illuc Lunā dirigas ad donū ide-
ppriū pro medicinis suscipiendū. Illuc inq̄. i. ad
signū & faciē, & maxime gradū. ut si bona Iouis
affectas, ad hęc directā Lunam erigas, uel unitā
quādiu locū eiusmodi Sol illustrat: Vbi p̄petas
Iouia uiget. Similiterq̄ de cęteris. Curiosum
uero narratu foret: et forte noxiū q̄s imagines: &
quēadmodū associandos uel dissociandos inter
se aios: fabricabant ad afferendā felicitatē uel in-
ferendā calamitatē: uel uni cuidā: uel domui uel
ciuitati. Ego q̄dem fieri posse talia non affirmo.

Astrologi aut̄ fieri posse putāt: & q̄to, docēt:
qualia ego narrare nō audeo. Porphyrius ubi
uitā Plotini magistri sui describit, talia fieri pos-
se cōfirmat. Atq̄ Olympiū magū, & astrologum
ęgyptiū narrat p̄tra Plotinū Romę talia tētauis-
se: dū conares p̄ imagies uel res eiusmodi siderare

Plotinū. Sed conatus i auctorem suū ob excelsā
Plotini aīam fuisse retortos. Albertus quoq;
Magn⁹ astrologiē piter atq; rheologiē p̄fessor
ait i speculo, ubi a licitis discernere se iqt illicita,
Imagines rite ab astrologis p̄stitutas, uirtutē ef-
fectūq; acq̄rere a figura cęlesti. Atq; subide nar-
rat mirabiles earū effectus: q̄les Thebit Benthor-
rad, & Ptolemęus, cęteri q; astrologi pollicent̄.
Describit q; imagines ad calamitatē alicui p̄speri-
tatemq; afferendā, q̄s p̄silio p̄termitto. Et iter-
ea cōfirmat effectū eas h̄re posse. Quāq; & ut uir
bonus artis dānat abusū: & ut legitim⁹ rheolog⁹
orōnes suffumigationesq; detestat: Quas ipii q̄-
dā ad Demones imaginib⁹ fabricādis adhibue-
rūt. Neq; tñ reprobat figuras & l̄ras dictionesq;
imaginib⁹ ipressas ad hoc ipsū dūtaxat ut donū
aliquod accipiāt a figura cęlesti. Qd̄ q̄dez posse
per imagines cōparari, Petr⁹ Aponensis p̄firma-
uit. Immo & affirmauit regionē nescio quā fuisse
destructā per imaginē illā, quā Thebit narrat a
Phedice astrologo fabricatā. Thomas aut̄ aq;
nas dux in theologia n̄r magis ista formidat: &
min⁹ tribuit imaginib⁹. Tm̄ nanq; uirtutis dūta-
xat per figuras cęlit⁹ putat acq̄rere, q̄tū cōducat
ad illos effectus: quos solet cōiter cęlū p̄ herbas
resq; alias naturales efficere. Non tā q̄a figura ta

DE VITA CAELITVS.

lis sit in ea materia: q̄ qm̄ p̄positū tale iam positū est in certa q̄dam artificii specie: q̄lis cū celo consentiat. Hęc ait in libro cōtra gētiles tertio. Vbi characteres, & l̄ras figuris additas ridet. Figuras uero nō adeo: nisi p̄ signis q̄busdā ad Dēmones adiūgant. In libro etiā de fato ait. Cōstellatōes dare ordinē essendi atq̄ perdurādi, nō solū reb⁹ naturalib⁹: sed etiā artificiosis: ideo imagies sub certis cōstellationib⁹ fabricari. At si qd̄ mirabile per eas ultra cōsuetos naturalium effectus nobis eueniat, in Dēmonas reicit hoīz seductores, Qd̄ in libro p̄tra gentiles p̄spicue patet. Maxie uero in libello de occultis naturę opib⁹. Vbi uideat̄ ipsas etiā imagines p̄cipendere, quocunq̄ factas. Quas & ego q̄tenuis ipse iusserit, nihilipendam.

Referre at̄ mirabiles quosdā effect⁹ imaginū, i Dēmonū falsitatē: nec est a Platoniciis alienū. Nā & Iamblich⁹ ait, eos q̄ religione sūma sc̄rimonia q̄ posthabita: imaginibus dūtaxat p̄fisi, ab eis diuina sp̄ant munera, hac in re a malis Dēmonib⁹ sepiissime falli, sub p̄textu bonorū numinū occurrētib⁹. Cōtingere tñ ex imaginib⁹ legitia astrologię rōne cōstructis naturalia q̄dam bona non negat. Deniq̄ tuti⁹ fore arbitror medicinis q̄ imaginibus se cōmittere. Rationesq̄ a nobis de potestate cęlesti, pro imaginibus assignatas, in me-

dicinis poti⁹ q̄ in figuris efficaciam hñe posse. Pro-
babile. n. est si quã uim imagines habet: hãc non
tã per figurã nup̄ acq̄rere, q̄ per materiã posside-
re naturaliter sic affectã. Ac si qd̄ denuo acq̄rit̄
dũ in sculpiẽ, non tã per figurã cõparari q̄ per ca-
lefactiõẽ cõtusiõẽ quadã pueniẽtẽ. Quẽ qdẽ
cõtusiõ calefactiõq̄ facta sub harmonia cęlesti
simili harmoniẽ: quẽ quondã materiẽ uirtutẽ in-
fuderat excitat uirtutẽ ipsam atq̄ corroborat, si-
cut flat⁹ flãmã: & manifestã efficit ante latẽtem.
Sicut calor ignis in aspectũ pducit lĩas scriptas
succo cepẽ p̄us delitescẽres. Atq̄ lĩẽ hirci adipe
ĩscriptẽ, lapidi p̄sus occultẽ, si lapis submergat̄
aceto p̄deũt, & quasi sculptẽ emĩnẽtes extãt. Im-
mo uero sicut tactus scope uel arbuti fuscitat ra-
biẽ cõsopitã: sic forte cõtusiõ qdã & calefactiõ
sola latentẽ i materia uirtutẽ p̄dit facta uidelicet
oportune: q̄ qdẽ cęlesti oportunitate expedit in
medicinis cõficiendis uti, aut si qs forte tractare
metalla lapidesq̄ uoluerit p̄stat p̄cutere solũ, atq̄
calefacere, q̄ figurare. Pręter. n. id q̄ manes esse fi-
guras suspicor: haud temerẽ uł umbrã idolatriẽ
debem⁹ admittere. Itẽ nec temere uti stellis uel sa-
lutarib⁹ ad morbos his simillimos expellendos.
Hos. n. sepe augẽt. Sicut noxiẽ stelle diffiẽs sibi
morbos aliqñ minuunt: quod sane Ptolemęus

DE VITA CAELITVS.

& Haly perspicue docent.

De fabricanda uniuersí figura. Ca. XIX.

f Ed cur ná uniuersalé ipsam. i. uniuersí ipsi⁹ imaginé prætermittimus? Ex qua tñ beneficiū ab uniuerso sperare uident. Sculpet ergo sectator illorū forte qui poterit, formā quandā mūdi toti⁹ archetipā si placebit, in çre. Quā deide oportune in argēti lamina imprimat aurata. Sz qñ potissimū imprimet? Qñ Sol minutū primū arietis attigerit. Hinc. n. astrologi tanq̄ ex sui natalis reuolutione fortunā mūdi eo saltē anno iminentē auspicanē. Ille igit̄ in hoc ipso mūdi natali toti⁹ imprimet mūdi figurā. At uides ne q̄ belle intendisferendū mūdi aliqñ nati nobis succurrerit argumentū? Siquidē quolibet anno renascit̄: Nōne ī ipsa hoīs genesi metiunt̄ Astrologi, primū ī quo signo, quo gradu, quo minuto Sol extiterit. Ibiq̄ totius figurę iaciunt fūdamētū. Et quolibet deiceps āno: cū primū Sol minutū subierit idē, q̄ si renatū hoīem arbitrant̄, atq̄ ide p̄sagiunt anni fortunā. Sicut igit̄ id in hoīe facere non ualerēt, nisi q̄si renasceret. Atq̄ hic non posset q̄si renasci nisi fuisset aliqñ natus: Sic & mundū conūcere licet, aliqñ genitū, Sole uidelicet sub minuto arietis p̄mo, tūc posito: qñquidē per eūdē quolibet anno sitū, fors quēdā q̄si renascētis mūdi reuol-

uitur. Tunc igitur ille fabricabit mundi figuram.
Cauebit autem ne sabbato Saturni die figuram
sculpat, aut exprimat. Hoc enim die deus mundi fa-
ber ab opere traditur quieuisse. Quod ab ideali
die solis inceperat. Quantum. n. Sol generatiōi ac-
comodatus est, tantum Saturnus ineptus. Perfecerat
autem opus in Venere pulchritudine operis absolu-
tam significante. Sed de mundanę fabricę rōnibus nihil
ultra. Iohannes enim Picus noster mirandula diuina
de genesi mundi mysteria Moseos diuinitus his di-
ebus expressit. Quāobrem ut redeamus ad institu-
tum: & ille mundum suum primum die uel hora Saturni
non sculpet. Sed die potius uel hora Solis. Imprimet
autem in anni natali presertim si tunc felices ac-
cedant Iuppiter atque Diana. Optimū uero fore pu-
tabunt præter liniamēta opificio colores inserere.
Sunt uero tres uniuersales simul & singulares mun-
di colores, uiridis, aureus, saphyrinus, tribus celi
gratiis dedicati. Viridis quidem Veneri simul atque
Iunę. Humidus uidelicet humidis: atque nascētium
proprius: accomodat⁹ & matribus. Aureū So-
lis esse colorem nemo dubitat: & ab Ioue insuper, atque
Venere non alienum. Saphyrinū denique Ioui maxie
dedicamus: cui & saphyrus ipse dicitur consecratus.
Vnde & lapis lazulus hoc colore dotatus ob uir-
tutē Iouiā contra bilē atrā a Sano perfectā, apud me-

DE VITA CAELITVS.

'dicos p̄rogatiuā hēt: nascit̄q; cū auro aureis di-
stictus notis, ita comes auri, sicut Solis est Iuppi-
ter. Silem̄q; uī hēt lapis Armen⁹: colorē silem cū
uiridi quodāmō possidens. Expedire igit̄ iudica-
būt ad gr̄arū celestīū munera capeffēda tris po-
tissimū hos colores frequētissime p̄tueri. Atq; ī for-
mula mūdi: quā fabricas saphyrinū colorē mūdi
spheris īserere. Op̄e precīū fore putabūt aurea
spheris ad ipsā celi similitudinē addere sidera: atq; ip-
sā Vestā: siue Cererē. i. terrā uiridē īduere uestez.
Ei⁹ modi formulā sectator illoꝝ: uel ipse gestabit:
uel oppositam ītuebit̄. Vrile uero fore spectare
spherā motib⁹ suis p̄ditā q̄lē Archimedes quōdā
& nup̄ florētīn⁹ qdā n̄ Laurētī⁹ noīe fabricauit.
Nec̄ spectare solū: s; ēt aīo reputare. Proīde ī ip-
sis suę dom⁹ penetralib⁹ cubiculū cōstruet ī for-
nicē actū figuris eiūsmōi, & colorib⁹ īsignitum.
Vbi pl̄imū uigilet atq; dormiat. Et egress⁹ domo
nō tāta attētōe singular̄ rerū spectacula: q̄ta uni-
uersi figurā, coloresq; p̄spiciet. S; hęc imaginū fi-
ctores illi uiderit. Tu uero p̄stantiorē ī te finges
imaginē. Népe cū noueris: nec qcq; ordinatī⁹ eē q̄
celū: nec̄ tēpati⁹ aliqd cogitari: q̄ Iuppiter: spabis
ita demū bñficia celi Iouisq; p̄seq; si cogitatioib⁹,
affectib⁹, actōib⁹, uictu teip̄z ordiatissimū tēpa-
tissimūq; p̄stiteris. At postq̄ ī mētione tēpatiē ce

lestis incidimus, oportunū forte fuerit recorda-
ri, nullū inesse cęlo elemętalıs qualıtatis excessū
ut piapaterice loquar alogn siue ita ppositū sit,
iam esset tot seculis dissolutū: siue etiā simplex,
tāta saltē magnitudine, potētia, motione cętera
perdidisset. Sed profecto tanq̄ moderatissimuz,
oia moderat: ac diuersa cōmiscet i unū. Pręterea
tum hac ipsa tempantia sua: tū excellētia formę,
diuinitus uitā meruit. Nā & res cōpositas: tunc
demū uitā adipisci uidemus, quādo qualıtatum
pfecta cōmixtio priorē iā contrarietate fregisse
uideat, in plantis. Perfectiorem deinceps in aima
libus uitā, quatenus inest eis cōplexio a contra-
rietate remotior q̄ in plantis. In hominibus rur-
sum eadē ratione pfectiorē: & quodāmodo iam
celestem. Siquidē humana cōplexio ad celestes
tęperantiā iāz accessit: p̄sertim in spū: q̄ ultra sub-
stantię suę subtilitate qualıtātūq̄ tęperantiā: qb̄
cum cęlo consērit: celestes quoq̄ lucē ē adept⁹.
Hic in super ubi maxime talis est, potissimuz est
celestis, uitāq̄ celestē diuinit⁹ pręceteris est ad-
eptus: & quatenus se talē in oī uictu legeq̄ uite
efficit, atq̄ seruat: eatenus singlaria celestium
dona reportat. Quādo uero dicimus nō esse in
cęlo ullū elementaris qualıtatis excessū, intelligi-
mus, uel nullā esse ibi eiusmodi qualıtate: s; uir-

DE VITA CAELITVS.

rutes potius effectrices qualitatū réperatas: uel si quæ sunt illic quodāmodo similes qualitates, quasi aeriā habere réperiē. Atq; ubi quædā illic frigida siccaq; nominamus, Platonica hæc accipimus rōne. i. ut frigidū appelleſ qđ minimi caloris est causa. Siccū uero qđ humorē nobis exhibet minimū. Sic astrologus Abrahā Saturnuz inquit corpus nostruz quodāmodo relinquere frigidū atq; siccū, qđ calorē et humorē affert nostro minorē. Eadē ratione carnes bouis & leporis in se quidē calidæ atq; humidæ/nobis frigidæ sunt & siccæ. Ex hac aut inductione duo hæc accipe corollaria: primū qđ si corpora magis deiceps tpatā magis uiuūt, cēlū maxie tpatū qđ maxime uiuere. imo uero uicissī ex eo qđ cēlū exactissīme tpatū absolutissimā i se uitā possidet, p̄iectari: ut q̄ten⁹ reliq; ad réperiē uitāq; illius accedūt, eatenus uitā sortiri præstantiorē. Alterū uero uitā esse formā in se perfectā, perficiētēq; corpus, motōisq; principiū exhibētē. Principiū inq̄ itimū, motionis quoq; tū intrinsecus actē: tuz p̄ oēm partē extrinsecus expedite. Si igit id ipsū uita est, mente captū existimato: qui eiusmodi formā nō cognouerit inesse cēlo, corpore præstantissimo, circūeunte semp̄ motione perfecta, cuncta uiuificante, magisq; illa gradatim, quæ uſ ad

ipsius similitudinē naturaliter ppinquius acces-
serūt: uel quōtidie hui⁹ influxib⁹ apti⁹ se exponūt.

Quātā imagines uim hñe putēt i spūm, &
spiritus in eas. Et de affectu utentis & operantis

Cap.

XX.

c Omptū habem⁹: si quis rite utat hellebo-
ro, feratq; potēter, mutare qdāmō exqui-
sita purgatiōe, & occulta ei⁹ pprietate qlitatez
spūs corporisq; naturā: et ex pte motus animi: et
quasi reiuuenescere, ut ferme uideat esse renat⁹.
Vñ Medeā magosq; tradūt herbis qbusdā red-
dere iuuetutē cōsueuisse: quā nō tam reddūt ni-
robalani, q̄ cōseruāt. Similē astrologi potestatē
ppitias habere imagines arbitrant: p̄ quā gestā-
tis naturā, & mores quodāmō mutēt: i meliusq;
restituāt: ut quasi iā alter euaserit: aut saltē p̄spe-
rā ualitudinē diutissime seruent. Imagines uero
noxias aduersus gestātez habere uel hellebori p̄-
ter artē potētiāq; assūpti, uenenosā uidelicet at-
q; pestiferā. Aduersus at̄ aliū quēdā: ad cuius ca-
lamitatē fabricatę intētęq; fuerint, uim enei spe-
culi, cōcauiq; sic prorsus obiecti ut collectis, re-
pcussisq; in oppositū radiis: cominus qdē cōbu-
rat: eminus aut caligare cōpellat. Hinc orta ē hi-
storia, uel opinio: putās astrologorū machinis,
magorūq; ueneficiis, hoies, pruta, plātas, sidera

DE VITA CAELITVS.

ri, atq; tabescere posse. Ego autē imagines in rez
 distantem uim habere ullam, nō satis intelligo.
 Habere uero in gestantem, nōnullam suspicor:
 nō tñ talē opinor: qualē pleriq; fingunt: et hanc
 rōne materię potius q̄ figurę: atq; (ut dixi) lōgo
 interuallo medicinas imaginib⁹ añpono. Quāq;
 Arabes & Aegyptiū tantum statuis imaginibus
 q; attribuūt arte astronomica et magica fabrica
 tis, ut spūs stellarū in eis includi putēt. Spūs autē
 stellarū itelligūt. Alii qdē mirabiles celestium ui
 res: alii uero Demonas etiam stelle huius illi⁹ ue
 pedisse quos. Spiritus igitur stellarum qualescū
 q; sint, inseri statuis & imaginibus arbitrantur,
 non aliter ac Demones soleant humana nōnun
 q; corpora occupare: perq; illa loqui: moueri: mo
 uere: mirabilia ppetrare. Similia quēdā per ima
 gines facere stellarum spiritus arbitrantur. Pu
 tant Demonas mundani ignis habitatores per
 igneos humores: uel ignitos: similiterq; per igni
 tos spiritus & affect⁹ eiusmodi nostris, insinua
 ri corporibus. Similiter stellarū spiritus per radi
 os oportune susceptos, suffumigatōesq; et lumi
 na tonosq; uehementes cōpetētibus imaginum
 materiis inseri: mirabiliaq; in gestantem: uel ppi
 quantem efficere posse. Quę quidez nos per de
 monas fieri posse putamus, nō tā materia certa

cohibitos q̄ cultu gaudentes. Sed hęc alibi dili-
gētius. Tradūt Arabes spiritū nostrū quādo
rite fabricamus imagines, si per imaginationem
& affectum ad opus attentissim⁹ fuerit & ad stel-
las, cōiungi cū ipso mundi spū: atq; cum stellarū
radiis: per quos mūdi spūs agit, atq; ita cōiunc-
tum, esse ipsū quoq; in causa, ut a spiritu mundi
per radios, quidā stelle alicuius spūs idest inui-
dia quēdā uirtus ifundat imaginē: potissimū ho-
minis tūc opantis spūi p̄sētanea. Adiuuari quo-
q; suffumigationib⁹ ad stellas accomodatis op⁹
eiusmodi. Quaten⁹ suffumigationes tales aerē,
radios, spūm fabri. Imaginis materiā: sic prorsus
afficiūt. Ego uero odores quidē tanq̄ spiritui
aeriq; natura per similes: & cum accensi sunt, stel-
larū quoq; radiis p̄sētaneos arbitror, si Solares,
uel Iouii sunt, afficere aerem ac spiritū uehemē-
ter ad dotes Solis: aut Iouis: tunc dominātis, o-
portune sub radiis capiēdas, atq; spiritū sic affe-
ctum, ita donatū, posse uehemētiore quodā af-
fectu, non solum in propriū corpus agere, sed
propinquū: p̄sertim natura cōforme quidē: sed
debilius: & consimili quadā afficere q̄litate. Ma-
teriam uero imaginis duriores ab odoribus &
operātis imaginatiōe, uix minimū quiddā susci-
pere posse puto. Spiritum tamē ipsum ab odore

DE VITA CAELITVS.

sic affici, ut ex ambobus unū cōficiatur: quod q̄-
 dem ex eo patet q̄ odor nō agit ulterius in olfa-
 ctū, postq̄ satis egit. Olfactus. n. & quoduis aliū
 a seipso uel simillimo quopiaz nihil patit̄. Sed de
 his alibi. Proinde imaginationis itentionē: nō
 tam in fabricandis imaginibus, uel medicinis uī
 habere, q̄ in applicandis, & assumēdis existimo:
 ut si q̄s imaginē (ut aiūt) gestans rite factam: uel
 certe medicina similiter utēs, opē ab ea uehemē-
 ter affectet: & p̄culdubio credat, speretq̄ firmis-
 sime: hinc certe q̄ plurim⁹ sit adiuumento cumul⁹
 accessur⁹. Nam ubi nel uirtus imaginis si q̄ est, tā
 gentis carnē, penetrat calefacta: saltem uirtus in
 electa eius materia naturalis: uel certe medicinē
 uigor itus assūptē, uenis ac medullis illabit̄, Ioui
 am secū ferens p̄prietatem: spūs hoīs in spm̄ eius
 modi Iouiū affectu. i. amore transferit. Vis. n. amo-
 ris est transferre. Fides aut̄ spesq̄ nō dubia spm̄
 hoīs iam ita percitū sistit in spū Iouiō penit⁹, atq̄
 firmat. Quod si quemadmodū Hippocrates &
 Galienus docent egrotātis amor fidesq̄ erga me-
 dicū inferiorē exteriorēq̄ ad sanitatē plurimū
 cōferunt: imo uero fiduciā hanc Auicenna plus
 iqt̄ efficere q̄ medicinā: q̄rū ad celestem opē con-
 ducere putandū est: affectū fidemq̄ nobis erga
 celestēz influxum iam nobis insitū, agentem itus:

uiscera penetratē? Iā uero amor ipse fidesq; erga
celeste donū: sepe celestis adminiculi cā est, atq;
uicissim amor & fides hīc aliqñ forsā proficiūc:
qd' ad hoc ipsū iā nobis faueat clementia celi.

De uirtute uerborū: atq; cantus ad beneficiū
celeste captandū. Ac de septē gradib⁹ perducen-
tibus ad celestia. Cap. XXI.

u Erba pręterea quedam acriore quodā affe-
ctu pñunciata, uim circa imagines magnā
hīc censent ad effectū earū illuc pprie dirigendū:
quorsū affectus intendunt, & uerba. Itaq; ad du-
os ardentissimo quodā amore cōciliandos ima-
ginem sub luna coeunte Cū Venere in piscibus,
uel tauro fabricabāt; multis interim circa stellas
uerbaq; curiosius obseruatis: quę referre, nō est
consiliū. Non, n. philtia docem⁹: sed medicinas.

Probabilius autē est effectus eiusmodi uī per
Venereos Demonas confici: his operib⁹ uerbis-
q; gaudentes: uel per demonas simpliciter sedu-
ctores. Naz & Apolloniū Theaneū sepe Lamias
deprehēdisse & pdidisse ferūt: Demonas. s. quos-
dam salaces Venereosq; qui formosas puellas si-
mulent, pelliciantq; formosos: quos ut serpens
elephantē ore: sic illi illos ore uulua pariter exsu-
gant ac prsus exhauriant. Sed hęc Apollonius
ipse uiderit. In uerbis autē certis uim esse certā,

DE VITA CAELITVS.

atq; magnā Origenes afferit contra Celsū, & Si-
 nefius, atq; Alchindus de magia disputantes. Itē
 Zoroaster: uetās barbara uerba mutari. Iamblic-
 us quoq; similiter. Itē Pythagorici uerbis, & cā-
 tibus, atq; sonis mirabilia quēdā Phēbi & Or-
 pheii more facere consueti. Qd̄ hebreorū antiq̄
 doctores præceteris obseruarūt: oēs q; poetę mi-
 randa canūt carminibus effici. Et grauissim⁹ ille
 Cato in re rustica in curandis bestiarū morbis,
 aliqñ barbaris cātionib⁹ utit̄. Sed p̄stat dimitte-
 re cātionē. Cōcētū uero illū, quo adolescēs Da-
 uid Saulē ab isania redimebat, nisi mysteriū iusse-
 rit ad diuinitatē referri, referet forte aliq; ad na-
 turā. Cū uero pro septē planetarū numero: septē
 quoq; sint grad⁹, per quos a superiorib⁹ ad infe-
 riora fit attract⁹, uoces mediū gradū obtinent,
 & Apollini dedicāt. Infimū qdē tenēt gradū ma-
 terię duriores, lapides atq; metalla: ac lunā refer-
 re uidentur. Scđm in ascensu locum habēt: quę
 ex herbis, arborū fructib⁹, gūmis, mēbris aīaliū
 cōponunt̄: Respōdentq; Mercurio: si ordinē i cę-
 lo seqm̄ chaldeorū. Tertiū pulueres subtilissimi,
 eorūq; uapores ex p̄dictis electi: odoresq; simpli-
 ciū herbarū & florū, & ūguētorū ad Venerē p̄tinē-
 tes. Quartū uerba: cāt⁹: soni: q̄ oīa rite dedicāt A-
 pollini musicę p̄cētis auctori. Quintū, uehēmtes

DE LIB. CASUS
imaginationis conceptus forme, motus, affectus,
uim Martiã referentes. Sextuz rationis humane
discursiones deliberationesq; cõsulte pertinētēf
ad Iouem. Septimũ secretiores simplicioresq; in
telligētię q̄si iam a motu seiunctę, cõiunctę diui
nis: destiatę saturno. Quę merito Sabbath hebrei
noie q̄eris appellant. Quorsũ hęc? Vt intelligas
quęadmodũ ex certa herbarũ uaporũq; cõposi
tione cõfecta per artē, tũ medicã, tũ astronomi
cã, resultat cõmunis q̄dam forma uelut harmo
nia q̄dam, siderum dotata muneribus: sic ex to
nis primo q̄dem ad stellarũ normã electis: deinde
ad earũdē cõgruitatē inter se cõpositis, cõmunē
quasi formã fieri: atq; in ea celestē aliquã subori
ri uirtutē. Difficillimũ q̄dem est iudicatu q̄les
potissimũ toni, qualibus cõueniant stellis: qua
les itē tonorũ cõpositiones: q̄libus præcipue sīde
ribus aspectibusq; cõsentiāt. Sed partĩ diligētia
nostra, partĩ diuina quadã sorte nõ aliter id asse
qui possumus, q̄ Andromach⁹ in theriaca cõpo
nenda diutissime fatigatus: ac tandē post diligē
tiam: diuina forte consecutus theriacę uirtutez.
Qđ qđē cõrigisse diuinitus Galienus & Auicen
na cõfirmāt. Immo uero totã medicinã exordiũ
a uaticiniis habuisse testis est Iamblic⁹ atq; Apo
lonius theaneus. Ideoq; phębũ uatez medicine

DE VITA CAELITVS.

pponūt. Tres uero potissimū regulas ad hoc afferemus, si prius admonuerimus, ne putes nos imprefētia de stellis adorādīs loq: sed potius imitandīs, & imitatione captādīs. Neq; rursum de donis agere credas: quę stellę sint electione daturę: sed influxu potius naturali. Ad quę pfecto multiplicē, & oculū: ita nos exquisitis studemus modis accommodare: sicut quotidie ad manifestū Solis lumen calorēq; salubriter excipiēdū nos ipsos accommodamus. Aptare uero seipsū ad occultas dotes eius atq; mirificas, solius sapientis est officium. Sed iam ad regulas tantū sideribus accommodaturas perueniam⁹. Prima est exgrere quas in se uires quos uel ex se effectus stella quilibet & sidus & aspectus habeāt: quę auferāt: quę ferant. Atq; uerborū nostrorū significationibus hęc inferere. Detestari quę auferūt: pbare que ferrūt.

Secunda: cōsiderare quę stella cui loco maxie uel homini domineēt. Deinde obseruare qualib⁹ cōmuniter hęc regiones & personę tonis utant, & cantibus. Ut ipse similes quosdā una cū significationibus modo dictis adhibeas uerbis: quę sideribus eisdem studeas exponere. Tertia situs aspectusq; stellarum quotidianos animaduerte re: atq; sub his explorare, ad quales potissimū sermones, cātus, motus, saltus, mores, actus icitari

hoies pleriq; soleant, ut talia quedã tu p uirib⁹
imiteris i carib⁹, celo cuidã sibi placituris, silēm⁹
suscepturis i fluxũ. Memento uero cantũ esse
imitatorẽ oim potētissimũ. Hic. n. itentiones,
affectionesq; animi imitat; & uerba: refert quoq;
gestus, motusq; corporis, & actus hoim, atq; mo
res. Tãq; uehementer oia imitat, & agit: ut ad ea
dem imitanda, uel agẽda, tũ cantantẽ, tũ audien
tes subito puocet. Eadẽ quoq; uirtute qn cele
stia imitat; hic qdẽ spm nřz ad celestẽ i fluxũ: ide
uero i fluxũ ad spm mirifice puocat. Iã uero ma
teria ipsa cõcõt⁹ purior est admodũ, celoq; silior
q; materia medicinę. Est. n. aer & hic qdem calēs,
siue repens, spirãs adhuc, & quodãmõ uiuēs su
is qbusdã articulis artubusq; pposit⁹, sicut aial:
nec solũ motũ ferens, affectũq; pferens: ueruz
etiã significatũ afferens qsi mentẽ: ut aial quod
dã aeriũ, & rõnale quodãmõ dici possit. Cõcõt⁹
igr spũ sēsũq; plen⁹, si forte tũ scđz ei⁹ significata
tũ scđz ei⁹ articlos atq; formã ex articlis resultatẽ
tũ ẽt scđz imaginatiõis affectũ, huic sideri respõ
deat, aut illi, non minorẽ ide uirtutẽ q; quolibet
alia cõpositio trahicit in cantantẽ: atq; ex hoc i
proximũ auditorẽ. Quousq; cantus uigorẽ ser
uat, spiritumq; canentis. P̄sertim si cantor ipse
sit natura phębeus: uehementẽq; habeat uitalẽ

DE VITA CAELITVS.

cordis spiritum, atq; insuper animale. Sicut enī uirtus ac spiritus naturalis, ubi potentissim⁹ est, mollit statim, liquefacitq; alimēta durissima, atq; ex austeris mox dulcia reddit: generat quoq; extra se seminalis spūs productione propaginē: sic uitalis, animalisq; uirtus ubi efficacissima fuerit, ibi intentissima q̄dam sui spiritus per cantū, tum conceptione agitationeque in corpus proprium potenter agit: tum effusione, mouet subinde propinquum: afficitq; cum suum, tum alienum siderea quadaz proprietate, quam tū ex ipsa sui forma: tum ex electa temporis oportunitate concepit. Hac utique ratione orientales, meridionalesq; multi præcipue Indi admirandam feruntur in uerbis habere potentiam: utpote qui magna ex parte solares sunt: uimq; non naturalē dico, sed uiralem & animalē habent ferme omnium potentissimam. Et quocunq; in regionib⁹ aliis maxime sunt phœbei. Cantus autem hac uirtute, oportunitate, intentione concept⁹ ferme nihil aliud est q̄ spiritus alter nuper penes spiritus tuū in te cōceptus, fact⁹ q; solaris, & agēs tū i te: tū in pximū, potestate solari. Si. n. uapor & spūs qdā, aliqñ per radios oculoꝝ, ul' aliter foras emissus fascino, inficere, aliterq; afficere pximū p̄t, mltō magis id ualz sp̄s ab imaginatōe cordeq; si

DE VITA CAELI
mul uberior pfluens & feruētior: motuq̄ ualen-
tior. Vt non oīno mirum sit: morbos quosdam
animi atq̄ corporis sic auferri posse aliq̄n: uel in-
ferri. Præfertī qm̄ spūs eiusmodi musicus pprie
tangit, agitq̄ in spīritū: inter corpus aīamq̄ me-
dium: & utrūq̄ affectione sua p̄sus afficientem.
Mirabilē uero in cōcitato canēteq̄ spū uim esse
cōcedes: si Pythagoricis Platoniciq̄ cōcesseris,
cælum esse spm̄ motib⁹ tonisq̄ suis oīa disponē-
tem. Memento uero totā p̄cedere musicam ab
Apolline. Atq̄ eatenus Iouē esse musicū, quate-
nus est cū Apolline cōcors. Venerē isup & Mer-
curiū musicā uicinitate Apollinis reportare. Irē
ad hos quattuor dūtaxat attinere cōcent⁹. Tres
uero reliquos uoces qdē habere nō cātus. Iam
uero uoces, tardas, graues, raucas, querulas Sa-
turno tribuimus. Marti uero cōtrarias, ueloces,
acutasq̄, & asperas, & minaces. Medias uero Lu-
næ. Cōcentus aut̄ Ioui qdem graues, & intentos,
dulcesq̄, & cū cōstantia letos. Cōtra Veneri cū
lasciuiā, & mollitiē, uoluptuosos cantus adscri-
bimus. Inter hos uero medios Soli tribuimus &
Mercurio. Si una cū gratia suauitateq̄ sunt uene-
rabiles, & simplices, & intēti Apollinei iudican-
tur. Si una cuz iucūditate remissiores quodāmō
sūt: strenui tñ atq̄ multiplices, Mercuriales exi-

DE VITA CAELITVS.

stunt. Tu igitur horum quattuor unumquemque cantibus tibi suis conciliabis: praesertim si competentes cantibus sonos adhibeas, adeo ut cum eorum more opportune canedo, & sonando clamaueris, responsuri prae-
 tinus uideantur: uel instar Eccho: uel sicut corda quaedam in cithara tremens: quotiens uibrat altera, temperata similiter. Atque ut uult Plotinus & Iamblicus ita naturaliter id tibi continget e caelo: quem admodum uel ex cithara reboatus: siue tremor: uel ex opposito pariete fit Eccho. Profecto quotiens ex frequenti quodam usu, harmoniae Iouis, uel mercurialis, uel uenerae, factae uidelicet his regnantibus, spiritus tuus ad hoc ipsum attentissime canens, harmoniaeque reformatus euadit Iouius, uel Mercurialis, uel Venerus: Interea Phoebe euadit: si quidem Phoebae ipsius musicae ducis uirtus in omni consonantia uiget. Atque uicissim ex cantu sonoque Phoebeo ipse phoebeus euadens, uirtute Iouis interit tibi uendicas, & Veneris, atque Mercurii. Rursumque ex spiritu sic intus affecto, similiter afficis animam atque corpus. Memeto uero orationes apte, & opportune compositae, & affectu sensuque plenae, atque uehementem, similem cantibus uim habere. Quantam in oratione potentiam Damis & Philostratus habere sacerdotes quosdam indos narrat, referre non expedit: nec est quibus uerbis Apollonium euocasse ma-

nes Achillis affirmēt. Nō. n. loqmur nunc de numinib⁹ adorādis: sed de naturali quadā potestate sermonis, & cāt⁹, atq; uerborū. Esse uero phēbeā medicāq; in sono, & eo qdē certo potētiaz: ex eo patet: q; q; i apulia tacti phalāgio sunt: stupēt oēs semiaiesq; iacent: donec certū qsq; suūq; sonū audiat. Tūc. n. saltat ad sonū apte: sudatq; inde, atq; cōualefcit. Ac si post ānos. x. simīle audiuerit sonū, subito cōcitatatur ad saltū. Sonū uero illū ex idiciis esse phēbeū Iouialēq; coniiicio.

Quō seprē modis nos celestibus accōmodare possumus: & qb⁹ Saturn⁹ sit malefic⁹: quibus ppitius: quos Iuppiter a Saturno defēdat: quō celū agat in spūm & corpus & aīam. Cap XXII.

q; Voniā uero celum est harmonica ratōne cōpositū, mouēq; harmonice, & harmonicis motib⁹ atq; sonis efficit oīa: merito p harmoniā solā, nō solū hoīes: sed inferiora hęc oīa p uiribus ad capiēda celestia preparant. Harmoniā uero capacē superiorū p seprē rerū gradus i superiorib⁹ distribuim⁹. Per imagies uidelicet (ut putāt) harmonice cōstitutas: Per medicinas sua quadā consonātia tēperatas: Per uapores odoresq; simīli cōcinnitate cōfectos: Per cantus musicos, atq; sonos: Ad quorum ordinem, uimq; referri gest⁹ corporis saltusq; & tripuda uolum⁹.

DE VITA CAELITVS.

Per imaginationis conceptus, motusq; cōcinos per congruas rationis discursiones: per tranquillas mentis contemplationes. Sicut enī corpus per harmoniā quotidie suam id est per situm, & habitū, & figurā oportune lumini caloriq; solis exponimus: sic & spiritū occultis stellarum uiribus cōparandis: per suam quandā similē harmoniam, imaginib⁹, ut opinant^r, & certe medicinis, odoribus harmonice cōpositis comparataz. Et deniq; per spiritum supis ita paratum, ut sepe iā diximus, animā eisdem exponimus atq; corpus. Animam inq; quatenus affectu ad spiritū inclinatur, & corpus. In anima uero nūc imaginationē, rationē mentem ponimus. Potest utiq; imaginatio nostra uel propter qualitatem, motumq; spiritus: uel per electionē nostram: uel etiam utrinq; ita disponi, cōponi, conformari Marti, Soli ue, ut sit e uestigio ppriū influxus Phēbei ul' Martii susceptaculū. Similiter rō, uel per imaginationes spiritumq; simul, uel per deliberationē, uel utrinque, sic ad Iouem imitatione quadam cōparare se potest: ut multo magis ob dignitatem propinquitatēq; suam ipsa Iouē capiat, & munera Iouis q̄ imaginatio, siue spiritus: quemadmodū imaginatio spiritusq; eadem ratione multo magis cęlestia capiunt, q̄ res, & materię quęuis inferiores.

Mens deniq; cōtēplatrix quatenus seipsam non
solū ab his quę sentim⁹: uerū etiā ab eis quę ima
ginamur cōiter moribusq; argumētamur huma
nis, seuocat, & affectu, intētione, uita ad sepata
se ruocat: Saturno quodāmodo se exponit. Hu
ic soli propiti⁹ est Saturnus. Sicut. n. Sol aialibus
quidē nocturnis inimicus est, diurnis autē ē ami
cus: ita Saturnus hōibus, uel uulgarē palā uitaz
agentibus uel fugientibus qdem uulgi cōsuetu
dinē: uulgares tamē affectus, nō dimitētib⁹, ē ad
uersus. Vitā nāq; cōmunē cōcessit Ioui: seperatā
uero sibi uendicauit atq; diuinam. Mētibus autē
hominū re uera hinc pro uiribus segregatis, tan
q̄ sibi cognatis quodāmodo est amicus. Nam &
spiritibus sublimē habitātib⁹ aerē ipse Saturnus
(ut Platonice loquar) est p Ioue: sicut Iuppiter
hominibus cōmunē agētibus uitā, est iuuās pa
ter. Nullis uero Saturnus est infensior: q̄ hoibus
cōtemplatiuā uitā simulātibus quidē, nec agen
tibus. Hos. n. nec Saturn⁹ agnoscit, ut suos: nec
Iuppiter ipse Saturni temperies adiuuat eos: qui
cōmunes hoim leges, moresq;, & cōmertia fugi
unt. Hęc. n. sibi Iuppiter usurpauit: (ut aiunt) li
gato Saturno. Segregata Saturnus. Quāobré
Lunares illi populi, quos Socrates in Phedone
describit, eminentissimā terrę supficiē, & altiorē

DE VITA CAELITVS.

nubibus habitātes, uiuētes sobrii admodū, frugibusq; cōtenti, & secretioris sapiētię studio religioniq; dedit, Saturni felicitatē gustāt: uitāq; agunt ita prosperā, tam longēuā: ut nō tam mortales hoies, q̄ imortales Dēmones habeantur. Quos heroas multi noīant, aureūq; gen⁹ Saturnio quodā sęculo regnoq; gaudēs. Quod forsā astrologos arabes uoluissē puto. Vbi aiūt ultra lineā equinoctialē ad meridiē esse subtilissimos habitatores quosdā Dēmonas: qui nec oriri uideantur, neq; mori. ibiq; potestatem habere Saturnū caudāq; draconis. Quod sane cōfirmare uidetur Albumasar in libro Sadar dicēs quosdā indię regiones Saturno subiectas esse: ibiq; homines esse ualde longēuos, ac senio plurimū extremo decedere. Rationēq; assignat: quoniā Saturnus nō ledat domesticos: sed externos. Tu uero potestatē Saturni ne negligas. Hūc. n. ferūt Arabes oīm potētissimū. Plāetas sane uires eoꝝ subire, ad quos accedūt. Oēs uero ad eū accedere poti⁹ q̄ uicissim. Planetasq; cōiūctos illi, natura illi⁹ agere. Est enī ipse inter planetas orbis amplissimū caput. Quilibet sane plāeta sui orbis caput est, & cor, & oculus. Saturnus itē stellis pxi mus est innumeris: Primoq; mobili q̄simillimus: longū agit circuitū. Est altissimus planetarū. Vn

de felicem eum uocant: Cui ille feliciter aspiraue-
rit. Et quamuis eum tanquam a communi uita
hominum alienum, plerumque maxime uerean-
tur, placari tamen etiam communi uite putant:
si quando plurimam in ascendente potestatem
dignitatemque habuerit: aut Iuppiter eum suus
feliciter aspexerit: uel in suis finibus excellenter
acceperit. Alioquin influxus illi⁹ importune sus-
ceptus in materia presertim crassa, fit quasi ue-
nenum: Sicut & ouum putrefactione uel adusti-
one fit uenenosum. Vn nascuntur uel euadunt imun-
di qdam ignaui tristes inuidi: Demonib⁹ immun-
dis expositi. Quorum comertium procul effugito.
Nam Saturni uenenum alibi qde sopitum lateret, ceu
sulphur a flama remotum. In uiuentibus uero cor-
porib⁹ sepe flagrat, atq3 ut sulphur accensum non
cõburit solum, sed uapore etiam noxio oia circum-
plet, atq3 inficit propinquantes. Contra influxum
eius hominibus comuniter peregrinum & quo-
dammodo dissonum nos armat Iuppiter, tum na-
turali qualitate sua: tum alimentis, medicinisq3
certe suis, atq3 (ut putant) etiam imaginibus tu3
etiam moribus, negociisq3 & studiis, atq3 rebus
ad ipsum proprie pertinētib⁹. Noxium uero iflux-
um Saturni effugiunt, subeuntq3 propitiū: non
solū q ad Iouē cõfugiūt: sed etiam q ad diuina cõ-

DE VITA CAELITVS.

tēplationem ab ip̄o Saturno significatā, tota mē-
 te se cōferunt. Hoc. n. pacto malignitatē fati de-
 uitari posse Caldei & Aegiptii atq3 platōici pu-
 tāt. Cūz. n. cęlestia nolint esse corpora uana: s3 di-
 uinitus animata: atq3 insuper mētibus recta diui-
 nis, nimirū illinc ad hoīes nō soluz q̄ plurima ad
 corpus, & spiritū p̄tinētia: Sed multa etiāz bona
 quodāmodo in aīaz redūdātia proficisci uolūt:
 nō a corporib⁹ in aīam, sed ab animis. Magis au-
 tē hęc pluraq3 eiusmodi a mētibus superiorib⁹
 cęlo profluere. Inter hęc si rationes oēs assign-
 nare uolueris, qb⁹ adduct⁹ Moses otiū sabbati
 mādauit hebreis: forsan ultra sublimiorē, secreti-
 orēq3 allegoriā inuenies Saturni diem, actioni-
 bus ciuilibus bellicisq3 ineptū, cōtēplationibus
 aptū: eoq3 die diuinū p̄tra discrimina patrocini-
 um obsecrādū. Quod qdē ipetrari posse aduer-
 sū Martis & Saturni minas Habrahā & Samuel,
 & plures hebreorū astrologi, eleuatiōe mentis
 in deum uotisq3 & sacrificiis confitētur: p̄cep-
 tum illud chaldeum confirmantes scilicet si mē-
 tem ad pietatis opus ardentem erexeris: corpus
 quoque caducum seruabis. Consideratu dignū
 ē illd̄ Iamblichī: Cęlestia mūdanaq3 numina ui-
 res q̄sdā i se superiores, nōnullas inferiores habere.

Per has quidē effectibus nos fatalibus deuinci-
re: p̄ illas autēz uicissim soluere nos a fato: quasi
clauēs ut inquit Orpheus ad ap̄iēdū habeāt &
claudendū. Multo igit̄ magis diuinitas mūdo su-
p̄ior a fatali necessitate nos redimit. Exploratu
quoq; dignissimū est hebraicū illud in mactādīs
animalibus rebusq; nostris sacrificio dissipādīs
mala celitus iminētia a nobis ad nostra deflecti.
Sed hęc Pico nostro explorāda reliquim⁹. De
niq; ubicunq; dicimus celestiū ad nos dona des-
cendere ad nos: intellige tum corporū celestiu⁹
dotes in corpora nostra uenire per sp̄itū n̄m
rite paratū: tum eadē, prius etiam per radios su-
os influere i sp̄m naturaliter: uel quomodocū-
q; illis expositū: tum etiā aīarū celestiū bona, p̄-
rim in eundē sp̄m per radios p̄silire, atq; hinc i
n̄ros aīos redū dare: partī ab aīs eorū uel ab āgel̄
i aīos hoīm ill̄ expositos p̄uenire. Expositos inq;
nō tā naturali quodā pacto, q̄ electiōe arbitriū li-
beri uel affectu. Sūmatim uero q̄cunq; uoto, stu-
dio, uita, moribus beneficētiā actionē ordinem
celestium imitant: eos existimato tanq; sup̄nis si-
miliores: āpliores illinc dotes accipe hoīes autē
artificiose celestium dīsp̄sitioni dīssimiles, atq;
discordes, & clam esse miseros: & deniq; palā in-
fēlices euadere.

DE VITA CAELITVS.

Ut prospere uiuas agasq3: i primis cognosce i
genium: sidus: genium tuum: & locum eiusdem conuenientem.
hic habita. Professionem sequere naturalem.

Cap.

XXIII.

q Vicunq3 sanę metis sui q3 compos nascit,
est a celo ad honestum aliquid opus & uite ge
n^o naturaliter institutus. Quisq3 igitur celum op
tat habere ppitium: hoc opus: hoc genus i primis
aggrediatur: hoc sedulo prosequatur. Celum enim
suis fauet incepris. Ad hoc ipsum uero preeteris
es natura factus: quod primum a teneris anis agis, lo
queris, fingis, optas, sonias, imitaris, quod ten
tas frequenter, quod facili^o peragis, quo sumope
proficis, quo preeteris delectaris: Quod relin
qs inuitus. Hoc est sane ad quod te celum, rector
q3 celi genuit. Eatenus igitur tuis fauebit ince
pris: & aspirabit uite: quaten^o genitoris ipsius au
spicia prosequeris. Presertim si uerum sit Platonium
illud, in quo tota consentit antiquitas, Unicuiq3 na
scenti esse Demonem quendam uite custodem ipse suo
sidere destinatum. Qui & ad hoc ipsum officium adiu
uet: cui nascentem celestia deputarunt. Quicunq3
igitur per argumenta que modo diximus suum inge
nium perscrutatus: ita naturale suum opus inueniet,
inuenierit si suum sidus & Demonem. Quorum ex
ordia sequens, aget prospere, uiuetq3 feliciter. Alio

q. i.

quin & fortunã experiet aduersã, & celũ sentiet inimicũ. Duo igit̃ sunt præceteris hoim infortunatorũ genera: Alterũ eorum q̃ nihil porfessi, nihil agunt. Alterũ eorum, qui p̃fessionẽ igenio alienã subeunt: genioq̃ cõtrariã. Illi q̃dem ignauia torpent: interĩ ad actiones icitate celo semp agente. Hi dũ aliena a patronis celestibus agũt, frustra laborant sup̃nis destituti patronis. Primũ q̃dem antiquo p̃uerbio cõfirmaĩ. Dei adiuuant facientes: ignauis aut̃ infensi sunt. Scdm̃ p̃uerbio siĩ. Nihil agas iuita Minerua. Ob hanc arbitror rõnem Iouẽ in Pythagoricis carminib⁹ obsecrari: ut uel ipse tot malis leuet genus humanũ: uel saltem quo duce Demone utamur, ostendat. Proinde op̃precium fuerit indagare: ad quã potissimũ regionem habitandã & excellendam te tuũ sidus, Dẽmonq̃ tuus ab initio designauerit. Ibi. n. magis aspirant. Ea uero est, in quã primũ p̃fectus, sp̃s tuus quodãmõ recreat, ubi se sus uegetior p̃manet: ubi corporis habitudo ualidior: ubi magis pleriq̃ fauent: ubi uora succedunt. Hęc igit̃ expire. Hanc regionẽ elige. Hãc cole feliciter. Hinc uidelicet discessurus ifelix: nisi & rediturus, & ad similia p̃gas. Sed iterea frequentibus in hac regione motib⁹ te exerce: girosc̃q̃ quosdã celestiũ istar agito. Moru. n. circuitu

DE VITA CAELITVS.

Quod eiusmodi genitus similibus conseruabere. Quam-
 tum propterea ad habitationem pertinet, utiliter recorda-
 bere: Sicut alimenta uitae necessaria rus quaedam ur-
 bi suppeditat, urbs uero consumit. Sic & ipsam ui-
 tam rusticatione frequenti, ubi tediuz te minime
 coeperit, plurimum augeri. Sed urbano cum ocio tuum
 negotio conteritur. Quantum uero ad habitationem si-
 mul, & professionem spectat, illud orientaliu astro-
 logorum minime contemnendum: uidelicet mutatio-
 ne nominis, professionis, habitus, uictus, loci, ce-
 lestem influxum nobis tum in melius tum in deterius
 permutari. Demones quoque uel commutari: uel ad
 ad eosdem aliter hic, & alibi nos habere, Plato-
 nici iudicabunt. Demone uero uniuscuiusque cu-
 stodem astrologi cum Platonice geminum esse pos-
 se consentiunt: alterum quidem geniturae proprium: alte-
 rum uero professionis. Et quoties professio cum natura
 consentit, eundem utriusque Demone: uel certe simi-
 limum nobis adesse: uitamque ideam magis secum fo-
 re concordem, atque tranquillam. Sinautem professio dissi-
 det ab ingenio, Demone acqisitum arte, esse a genio na-
 turali discordem: uitamque laboriosam atque sollicitam.

Qualis autem unicuique Demon ab ipsa generatione pro-
 sit cupientibus inuenire, Porphyrii regulam inuestigat
 ex planeta domino geniturae. Iulius Firmius planetam
 geniturae dominum esse inquit; uel eum, qui plures illic ha-

beat dignitates: uel ex firmiori sententia potius,
eum cuius domiciliū mox petitura sit Luna post
signū, quod hoīe nascente iam tenet. Sed Demo
nem non eadē regula putat inuestigandū. Verū
ex Chaldeorū opinione a Sole potius aut Luna.
A Sole qdem ad Lunā in natiuitate diurna, a Lu
na uicissim ad Solē i natiuitate nocturna. Ut cō
putato inter hęc interuallo equale spatiū pagas
ab ascēdentis gradu descendēs: & in quē termi
num desinis aiaduertas. Cuius enī stelle est ille
terminus: eiusdē esse Dēmonē arbitranī. Sūmatī
uero a domino geniturę simul atq; Dēmone te
norē uitę, fortunāq; ppendere solent. Fortunā
adiunxi: qm̄ nōnulli partē fortunę, eadem ferme
cōputant rōne. Optabant ueteres suum ad se
Dēmonē ab aliquo cęli cardine descendisse: Ab
oriēte uidelicet uel occidente uel medio utrinq;
cęlo. Aut saltem ab undecima uel quinta plaga.
Undecima qdē medio supra caput nostrū cęlo
succedit: ac bonus Dēmon cognomiatur, & ascē
dentē ab oriente gradū aspiciat ex sextili. Quinta
uero cęlo antipodū medio succedit, appellatur
q; bona fortuna, & ascendentē gradū cōtuetur
ex trino. Optabāt tertio loco Dēmonē si modo
a cadenti plaga uenerit saltē, uel a nona uenisse,
uel a tertia. Nona enī appellat Deus: tertia uero

DE VITA CAELITVS.

Dea. Et illa ascendente gradū ex trino hęc aspi-
 cit ex sextili. Cadētes uero duodecimā, atq; sextā
 exhorrebāt. Illā sane malū Dēmonē: hanc malaq;
 fortunā cognominātes. Nos aut optare pręte-
 rita supuacuū arbitrati, monemus easdē plagas,
 q̄s illi pro Dēmonibus fortunisq; optabāt, ob-
 seruari p̄ planetis & stellis ad op⁹ efficiendū ac-
 cōmodandis: ut uel sint in angulis, aut in duab⁹
 q̄s diximus succedentib⁹: aut saltē in duabus dū
 taxat cadētibus, q̄s antea nominauim⁹. Neq; .n.
 ab re Solē nona gaudere dicūt: Lunā tertiā: Iouē
 undecimā: Venerē uero q̄nta. Hęc nanq; gradus
 conspiciūt ascendente. Sed redeam⁹ ad institutū.

Siue igitur ab illa quā in superioribus narrabam
 exp̄ientia, diligentiaq;: siue ab hac arte, quā mō
 recēsui, primū iuestigemus naturę Dēmonisq; i-
 stinctū: infortunatū esse cēsebimus, qui officium
 nullū p̄fitei honestū. Nam & ducē professionis
 re uera nō habet, q̄ opus honestū non aggredit:
 Et ducē naturalē uix ullū hēt: Qm̄ stellaruz Dē-
 monūq; siue angeloz ducū diuinū ad custodiā
 dispositōrū officium est agere sēp, & excellēter, at
 q; latissime. Infortunatū insup eū, ut supra dixi-
 mus, q̄ p̄fessione naturę p̄traria: diuersū a genio
 subit Dēmonē. Memēto uero pro dignitate p̄-
 fessionū digniores gradatī accipi Dēmones seu

mauis angelos atq; in gubernatione publica, et
digniores. Posse uero arte uitaq; tenorez accipi
genio, & ingenio non contrarium, neq; longe diuersum:
etiam si ad excellentiora processeris. Memento rursus
familiaritate eorum iure: quibus gratiae caelestes afflat.
Quod ex bonis animi, corporis, fortunae ppen-
des. Sicut. n. odor ex musco: sic ex bono boni non
nihil exhalat in proximum, ac sepe perseverat in usum.
Mirificus aut foret ceteris trium felicium uel duorum in-
ter se mirabiliter redundantium. Memento denique
effrenatos, & impudentes, & malignos, ac infelices
procul fugere. Hi namque malorum pleni demonum,
uel radiorum, malefici sunt, & tanquam leprosi pestilen-
tesque non solum tactu nocent: sed propinquitate etiam &
aspectu. Sane propinquitas ipsa corporum aiatorum
putatur esse contactus: propter efficacem uaporum exha-
lationem foras a calore, spiritu, affectu, manantem. Ma-
xime uero pestilens erit flagitiosorum familiaritas
atque crudelium: si uerum fuerit: post uegetalem uitam
mense Iouis. i. scilicet nobis infusam, deinceps mense
Martis. i. tertio sensualem animam infundit perturba-
tionibus mancipatam. Sic. n. qui perturbatione fe-
runt, martis pleni, martiali contagione propter quos
inficiunt. Contraria uero ratione consuetudo frequens
congruumque commercium cum felicibus excellenti-
busque ut diximus prodesse mirifice consuevit. Apol

DE VITA CAELITVS.

Ioniũ theaneũ ferunt, ephesi deprehẽdiffe senẽ: sub cuius figura lateret Dẽmon, qui sola p̄sẽntia totã ciuitatem peste cõtaminabat. Quãtũ uero Socrates multis p̄sẽntia sola profuerit, Xenophon & Plato testantur.

Qua rõne litterati cognoscãt ingeniũ suũ: sequant̄q; uictum sp̄i cõsentaneũ. Ca. XXIII

q. Voniã uero lĩaruz studiosis loquor, recordari unũquẽq; uolo lĩarum amore captuz i primis se esse Mercurialẽ: Prẽterea Solarem quatenus ipse Mercurius est Solaris. Atq; hęc cõmunis his omĩbus est cõditio. Proprie uero p̄ter naturam Mercurialem q̄sq; eloquiĩ grã, lepore, dignitate, uenustate pollet, Apollinẽ in se agnoscat, & Venerem. Qui ad leges uel naturalẽ cõmunemq; philosophiã est propensior, nõ ignoret Iouem se h̄re patronũ. Sed q̄ ad secretissima q̄q; curiosius perscrutãda penit̄ istigat: sciat se nõ Mercurialem solum esse. Sed Saturniũ. Sub cuiũ et p̄ncipatu sunt om̄s in quouis studio usq; ad finem seduli; p̄sertim in rebus aliis negligentes. Deniq; si uerũ est qd̄ nõnnulli tã physici q̄ astronomi tradunt, aĩam it̄lectu p̄ditã in cõceptum humanum m̄se Solis. i. q̄rto descendere: q̄ plurimũ it̄lectu uiuunt, & ab inĩtio sunt precipue & quotidie solares euadunt. Horũ itaq; planetarũ

q. iiii.

DE VITA CABELIVS

fauor his hoībus auspiciāduS erit. Sub eorū spi-
raculo medicīnē cōflandē. In eorū regionib⁹ ha-
bitandū. Verum ad Apollinē musarū ducem
īprimis uos o litterati musarū cultores aduoco.
Quicūq; igit̄ iter uos dilectissimi in musarū amo-
re fratres, ingenio multo magis, lōgiusq; q̄ cor-
pore ualent, ii p̄fecto sciant in genitura quondā
sua phēbē qdē materiā suppeditasse perpaucā.
Phēbeū uero sp̄m infudisse q̄ plurimū. Immo &
quotidie humores alimētaq; in corpore in sp̄m
maxima quadā ex parte resoluerē. Vnusq; igit̄
uestrū totus est ferme sp̄s. Spiritalis inq̄ homo
qdam terreno hoc corpusculo p̄sonat⁹. Sp̄m an-
te alios p̄petuo quodā labore fatigās: ut ipsi p̄
ceteris sit assidue sp̄s recreāduS: & in senectute
p̄tērea in qua cōiter euadit crassior, ad subtrili-
tatē p̄priā reuocāduS. Scitis p̄fecto crassū cor-
pus crassis elemētis q̄ttuor ali. Scitote igit̄ spiri-
tale corpus suis q̄busdā tenuibus elemētis q̄t-
tuor enutrirī. Huic. n. uinū est p̄ terra. Odor ip-
se uini uicē gerit aquę. Cantus rursum & son⁹ agit
aerem. Lumen aut̄ p̄fert igneū elemētum. His
ergo quattuor p̄cipue sp̄s ali, uino inq̄, eius-
q; odore, & cātu similiter atq; lumie. Sed nescio
quō ab Apolline primū exorsi incidimus mox in
Bacchum. Et merito qdē a lumie puenim⁹ in ca-

DE VITA CAELITVS.

lorem: ab ambrosia in nectar: a ueritatis intuitu in
ardentē ueritatis amorē. Fratres certe sunt indi-
uiduiq; comites phēbus atq; Bacchus. Ille qdē
duo potissimū uobis affert, lumē uidelicet atq; ly-
ram. Hic itē p̄cipue duo, uinū odoremq; uini
ad sp̄m recreandū. Quorū usu quotidiano sp̄s
ipse tandē Phēbeus euadit, & liber. Quāobrem
ita uos ad excipiendū Solis lumen quotidie cō-
parate, ut q̄tenus deuitata destillatione q̄dem,
& exsiccatiōe fieri potest, frequētissime sub luce
uiuatis: saltē in cōspectu lucis, tū eminus, tuz co-
minus, tū tecti, tum apti, ad usū ubiq; uīm uita-
lem Solis potentiā tempantes: atq; igne referētes
in nocte Solē: citharę cārus interī nō obliti. Spi-
rate uero sēp & uigilātes & dormiētes aerem ui-
uum, aerē luce uiuentē. Sīlīter h̄c uos oportet
ad merū Bacchi donū Apollinis beneficio p̄cre-
atū. Eadem igiŕ p̄portione q̄ lumen, accipite ui-
num. Abunde q̄dem quaten⁹ nec destillatio, nec
exsiccatio, qualē dixi ebrietas ue cōtingat. Atq;
p̄ter substātiā uini quotidie bis acceptā, odo-
rem eius frequentius haurite, partim q̄dem os,
ubi sp̄s fuerit recreādus, colluentes mero: par-
tim lauātes eodem manus: partī naribus & tem-
poribus admouētes. Satis iam fratres collo-
cū sumus: fatiq; cōbibimus. Ergo Valere.

Astronomica diligētia in liberis procreandis
In preparandis epulis. In edificiis & habitatiōe,
atq; uestibus: & quantum curare talia liceat.

Cap.

XXV.

¶ Ed iuuat etiā parūper alloqui seuerū religi-
onis antistitē. Dic age quid nā in astrorum
usu dānas Antistes? Quicquid iniquis arbitrio no-
stro detrahit: quicquid unius dei cultui derogat. Ea-
dem ego tecum non dāno solū: sed etiā ualde de-
rektor. Exsecratis quētiā scio, atq; ego insup̄ per-
horresco nōnullos, qui cū Deū exoratū uolunt
ad Iouem in medio cęlo uastū illud draconis ca-
put subeuntem tam miserī q̄ stultī pfugiunt, ab
ip̄o uidelicet dracone, qui quōdā e cęlo corruit
terciā stellarū partem secum trahens, deniq; de-
uorandi. Verum concedes ne, contractibus, ma-
trimoniis, colloquiis, itineribus, similibusq; opi-
bus peragendis, horas oportunas eligere? Non
facile te his assensurum uideo: nescio quid arbi-
trio metuentē. Ego igit̄, & si theologus ille ma-
gnus Albertus ista dabit. Et ratio quēdā forte
dictabit: per electionē ipsā ad arbitriū pertinen-
tem, cęlestia ita prudētis nostrę usui subici, quę
admodū herbę medico subministrāt: tibi tamen
potius impresentia credā. Et q̄ tu difficile nūc ea
permittis: tā facile ipse dimittā. Observatiōes ue

DE VITA CAELITVS.

ro lunę ideoq; aliarũ stellarũ ad morbos curandos: & idcirco ad remedia preparanda iãdiu (ut arbitror) permifisti. Cõcessum quoq; abs te, & i-
super approbatum, crescente luna, eademq; auc-
ta lumine, nec aliũde ifortunata, semibus agros
spargere, uites oleasq; ferere. Cur non igit̃ ad
plantandum (ut synice loqr) hominẽ utamur be-
neficio Lunę Iouisq; & Phębi? Nam Veneris q-
dem ad hęc officio semper utimur: Sed recti⁹ mō
dixissem, semper utunt̃: nam ipsa mihi Venus est
Diana. Quid itẽ de uictu dicemus? Nõne lice-
bit, & pderit sub felicità sidere, tum autũno uinũ,
tum indies panẽ epulasq; cõficere? Ac si nequea-
mus in his preparandis aspectus siderum expec-
tare: expediet saltẽ ascendẽtes accipe: uł aliter an-
gulares, Solẽ, Iouem, Venerem, atq; Lunã. Sic. n.
oĩa qbus utimur, felicità affecta cęlit⁹, felicità
nos afficient. Hactenus te uideo absq; cõtro-
uerfia cõcessurum: nisi forte dicas, ira uitam no-
stram nihil fore aliud q̃ perpetuam seruitutem.
Ad hęc ego subiiciam: frustra mortales cumulã-
dis pecuniis & honoribus seruituros, qbus sunt
ppetuo mãcipati: nisi interĩ diligentia physica di-
es uitę sibi plures accumulēt. Aut igitur soli deo
seruiãt, qđ qdẽ ẽ potissimũ: aut si cui pterea serui-
turi sunt, uitę tũ ualidę, tũ lōgę poti⁹ q̃ pecuniis

honorib⁹ q³ uáis idulgeāt. Cōcordeſ ergo ſum⁹.

S³ nūq^d u^l dom⁹ fūdabūt temere, uel ifauſtas habitabunt? Vbi cōragioſa q̄da³ calamitas edificii ferme ſic ificit habitātē, ut uenenofus peſtilētię uapor, etiā ad biēniū in pariete ſeruat⁹. Qualis etiā ex epidimīa latens in ueste, diu poſtea uentem inficit incautum, atq³ perdit. At poſt q̄ hic in ueſtiū icidim⁹ mētiōez, phibebeis ne pie pater in ueste conficienda, uel primū induenda ſpiraculū Veneris diligēter aucupari: Quo quaſi Venerea facta ueſtis: ſimiliter proſpera quadā corpus, & ſpiritū afficiat qualitate. Nōne medici uetant uulpium pelles? Agninas probāt; Non aliter forte ſidus indies quaſi naſcētes ueſtes afficit, q̄ ſemel ab initio natas. Veſtes quidē & cetera artis opera certā a ſidere qualitatē accipere Thomas Aquinas i libro de fato confirmat.

Tu igit affirmabis. Infectas uero ueſtes, utentē inficere, etiā teſtis eſt ſcabies atq³ lepra. Deniq³ ſi populī uitę conſulis (ut opinor) iſta pmitteſ. Atq³ ego pmiſſione tua cōſulā obſeruanda. Sin autē eiufmōi moribūde uitę curā, n̄ improbas quidē, ſed negligēdā mones: ego quidē negligo: melioris uitę fiducia fretus: ceteriſq³ ſimiliter cōſulo faciendum. Vale.

Quo per inferiora ſuperiorib⁹ expoſita dedu-

DE VITA CAELITVS.

cantur superiora: & per mūdanas materias munda-
 dana potissimum dona. Cap. XXVI.

f Ed ne longi⁹ digrediamur ab eo, quod i-
 terpretantes Plotinū instituim⁹ ab initio,
 breuiter ita collige. Mund⁹ ab ipso bono, ut Pla-
 to una cū Timeo Pythagorico docet q̄ optim⁹
 effici poterat, est effectus. Est igit̄ nō solū corpo-
 reus: sed uitę insuper & intelligentię particeps.
 Quāobré præter corpus hoc mūdi sensib⁹ fami-
 liariter manifestum, latet in eo spūs corp⁹ quod-
 dā excedens caduci sensibus capacitātē. In spiri-
 tu uiget aīa; in aīa fulget intelligētia. Atq; sicut
 sub Luna nec miscetur aer cuz terra, nisi p̄ aquā:
 nec ignis cū aqua: nisi per aerē: sic in uniuerso ef-
 fici quædā, siue fomes ad aīaz corpori copulādā,
 ē ille ipse quē spūm appellam⁹. Aīa quoq; fomes
 qdam est in spū, corporeq; mūdi, ad intelligētia
 diuinitus cōsequēdā. Quēadmodū sūma quæ-
 dā in ligno siccitas ad penetraturū oleū ē para-
 ta. Oleū huic ibibitum, pabulu⁹ est ad ignē. Ad
 calorē dico pxime. Calor ipse luminis ē uehicu-
 lū: ac si lignū hoc eiusmodi sit, ut igne præsentē
 fulgeat, nō uratur: qualia quādoq; uidimus iam
 hoc exēplo uidebim⁹: utrū uel homo: uel aliud
 quiddā sub Luna, certis qbusdā præparamētis:
 partim quidē naturalib⁹: partim arte quęsitis, ui-

alia: atq; etiã forte intellectualia quẽdam bona
oportune quodãmodo desuper accipere possit.
Verum quod hĩc ad religionẽ spectat discutie-
mus alibi: ubi Plotinus in medium hęc adducet
Quod uero ad naturales spectat influxus, qua-
lescunq; sint desuper uenientes: scito eos in no-
bis materiisq; nostris ita demũ per artẽ compa-
rari posse: quãdo fomenta nobis nostrisq; ad il-
los natura subgesserit: cẽlũq; ad eosdẽ oportu-
nius cõspirauerit. Nonne in ipso fetu natura fe-
tus ipsius artifex: cũ certo quodã pacto corpus-
culum affecerit, figuraueritq;, hoc ipso statĩ præ-
paramento, uelut esca quadam spũm ab uniuers-
o deducit? Perq; hunc uelut fomitẽ: uitam hau-
rit atq; aĩam? Ac deniq; per certã animę speciem
dispositionẽq;, corpus ita uiuens dignũ est præ-
sentia mentis tandẽ donatę diuinitus. Vbiq;
igĩ natura maga est, ut inq; Plotinus, atq; Sine-
sius, uidelicet certa quẽdã pabulis ubiq; certis
inescans: non aliter q̃ centro terrę grauiã trahẽs
Lunę concauo leuiã: Calore foliã: humore radi-
ces: cęteraq; similiter. Quo quĩdem attractu se-
cum ipso deuinciri mundum testantur sapiẽtes
Indi, dicentes mundũ esse animal passim mascu-
lum simul atq; femĩnã: mutuoq; mēbrorum suo-
rum amore ubiq; coire secum, atq; ita constare

DE VITA CAELITVS.

uinculum uero membrorum iesse per insitã sibi mentẽ: quẽ totã infusa per artus agit molẽ, & magno se corpore miscet. Hinc Orpheus naturam ipsam mundi, Iouẽq; mundanũ, marem appellat & feminã. Visq; adeo mutui partiu suaruz cõiugii ubiq; mundus est auidus. Esse uero masculinũ sexum feminino ubiq; cõmixtum: declarat illinc quidẽ ordo signorũ. Vbi præcedẽs perpetuo deinceps ordine masculinũ est: subsequẽs femininũ. Hinc uero arbores, atq; herbe: Quẽ etiam sicut animalia utrũq; sexũ habet. Mitto q; ignis ad aerẽ: aqua ad terram masculi uicẽ tenet ad feminã. Vt nõ mirũ sit mẽbra inter se mundana & oẽs eius articulos, mutuũ coniugiũ cõcupiscere. Quod & planerẽ conciliãt, partim qdẽ maris, partim uero femine. Præcipue uero Mercurius masculus atq; femina hermophroditi pater. Quod sane aiaduertens agricultura, præparat agrum seminaq; ad cęlestia dona. Et insitionibus qbusdã uitam plãtẽ propagat, & ad speciẽ alterã meliorẽq; perducit. Similia quẽdã efficit medicus, & phisicus, & chyrurgic⁹ in corpore nostro, tũ ad nostrã fouendã: tũ ad uniuersã naturã uberius comparandã. Idẽ quoq; philosophus naturaliu rerũ astrorũq; peritus, quem proprie magũ appellare solemus, certis quibus-

dam illicebriſ, cęleſtia terrenis oportune quidē:
nec aliter inferens q̄ inſitionis ſtudioſus agrico-
la ueteri recentem ſtipiti ſurculū. Quod & Pro-
lemęus ualde pbat, affirmās eiufmodi ſapiētē,
ſic aſtrorū opus adiuuare poſſe: quēadmodum
agricola terrę uirtutē. Subiicit magus terrena cę-
leſtibus, immo inferiora paſſim ſuperiorib⁹: ut
propriās ubiq; feminas ſuis marib⁹ fecūdādas:
ut ferrū magneti trahēdū: ut camphorā aeri fer-
uētī ſugendam: ut chryſtallū Soli illuminādū: ut
ſulphur & ſublimē liquorē accendēdū flāmę: ut
oui reſtā uacuā & ipletā rore, Soli eleuādā: imo
ut ouum ipſum gallinę fouendū. Pręterea ſi-
cut nōnulli fouentes oua, etiā ſine animalib⁹ ui-
tā illis ex uniuerſo conciliāt: & ſępe materias q̄-
dam oportune parantes abſq; ouis manifeſtiſq;
ſeminibus, aialia procreāt: ut ex ocimo ſcorpio-
nē: apes ex boue: ex ſaluia auē merulę ſimilē. Vi-
tam uidelicet a mūdo materiis certis oportunis
q; tēporibus adhibētes: Sic & ille ſapiens ubi co-
gnouit quę materię, ſiue quales partim inchoa-
tę natura, partiz arte perfectę: & ſi ſparſę fuerint
cōgregatę, qualē cęlit⁹ ifluxū ſuſcipere poſſint:
has eo regnāte potiffimū, colligit, preparat, ad-
hibet: ſibiq; p eas cęleſtia uēdicat. Vbicunq; enī
materia quędā ſic ſupis expoſita ē, ſicut ſpecula

DE VITA CAELITVS.

re uirtuz uultui tuo, pariesq; oppositus uoci, subito superne patit̄ ab agente uidelicet potentissimo a potestate uitaq; mirabili ubiq; p̄sente, uirtutemq; passione reportat. Non aliter q̄ & speculum imaginē represētat ex uultu: & ex uoce paries Eccho. His ferme exēplis ipse Plotinus utit̄, ubi Mercuriū imitatus ait: ueteres sacerdotes, siue magos in statuis sacrificiisq; sensibilibus diuinū aliqd, & mirandū suscipere solitos. Vult autē una cū Trismegisto per materialia hęc nō prope suscipi numina penit̄ a materia segregata: s; mūdana tm̄, ut ab initio dixi & Synesius approbat. Mūdana inq̄. i. uitam quandā, uel uitale aliquid, ex aia mūdi & spherarū ais atq; stellarū uel ēt motum quendā, & uitalem quasi p̄sentiā ex Demonibus. Immo interdū ipsos Demonas eiusmodi adesse materiis Mercurius ipse, quē Plotinus sequitur, inquit, Demonas aërios, nō celestes: nedum sublimiores: statuasq; Mercuri⁹ ipse cōponit ex herbis, arborib⁹, lapidib⁹, aromatis natalē uim diuinitatis. (ut ipse ait) in se habentib⁹. Adiungit cant⁹ celestibus siles: qbus ait eos delectari, statuisq; sic adesse diutius, & pdesse hominibus, uel obesse. Addit sapientes quōdā egyptios: qui & sacerdotes erant, cū non possēt rōnibus persuadere pp̄lo esse Deos. i. spūs aliquos

super hoies excogitasse magicū hoc illicitū, quo
 Dēmonas alliciētes, in statuas eē numina decla-
 rararēt. Sed Iamblich⁹ dānat ēgyptios q̄. Dēmo-
 nas non solū ut gradus quosdam ad superiores
 deos iuestigandos accepint; sed plurimū adora-
 uerint. Chaldeos uero Dēmonibus non occu-
 patos ēgyptiis anteponit. Chaldeos inq̄ religio-
 nis antistites. Nam astrologos tam Chaldeorū
 q̄ Aegyptiorū quodāmō tentauisse Dēmonas p̄
 harmoniā cēlestem in statuas fictiles trahere su-
 spicamur. Quod significare uideēt astrolog⁹ Sa-
 muel hebreus auctoritate Dauidis Bil astrolo-
 gi fretus. Antiquos uidelicet fictores imaginum
 fecisse statuas, futura pronunciātes. Harmoniā
 uero cēlestiū his accōmodatā esse tradit, metal-
 lum fundere ad hois pulchri formā, die Mercuri-
 ri hora tertiā. s. Saturni. Quādo Mercurius Sa-
 turnū in aquario subit, in nona cēli plaga, uatici-
 nium designante. Ascenditq̄ geminorū sidus si-
 gnificans pphetas (ut aiunt) Mars a Sole cōbu-
 ritur: nec Mercuriū intueēt. Sol ramen aspicit cō-
 iunctionis illius locū. Venus interea aliquē obti-
 net angulum: occidentalis est & potēs. Luna ex
 trigono gradū aspicit ascendentē: similiterq̄ Sa-
 turnus. Hęc illi. Ego aut̄ primo qdem ex beati
 Thomę sententia puto, si modo statuas loquen

DE VITA CAELITVS.

res effecerint, non simplicē iptum stellarū in fluxum ibi formauisse uerba: Sed demonas. Deinde si forte cōtigerit eos in eiusmodi statuas īgredi, non arbitror hos ibi per cęlestē influxū fuisse deuinctos: Sed spōte potius suis cultorib⁹ obsecutos: deniq; decepturos. Nam & natura superior ab inferiore ꝑciliat qdem aliqñ: Sed cohiberi neq̄r. Et dispositio illa siderū paulo ante descripta cōcurrere forte nō ꝑt. Quāuis autē Demones astronomica rōne statuis nō includant: tñ ubi per cultū eis exhibitū, ꝑntes extiterint, Porphyrius ait eos regul' astronomicis oracula reddidisse: atq; iō frequēter ambigua. Et merito, qm̄ Iamblich⁹ ꝑbat prophetiā uerā, atq; certā, nec malis Demonibus cōuenire: nec humanis artib⁹, uel natura, sed spiratione diuina purgatis mentib⁹ ꝑuenire. Sed ad Mercurium: imo ad Plotinum iam reuertamur. Mercuri⁹ sacerdotes ait accepisse uirtutē a mundi natura cōuenientē: eamq; miscuisse. Secutus hunc Plotinus putat: totū id aīa mūdi cōciliante cōfici posse. Quaten⁹ illa nataliū rerū formas, per seminales q̄sdā rōes sibi diuinit⁹ insitas generat, atq; mouet. Quas qdē rōnes appellat ēt Deos. Qm̄ ab ideis supremę mētis nunq̄ destituntur. Itaq; per rōnes eiusmodi aīam mundi facile se applicare materiis: q̄s formauit ab initio ꝑ-

eadem: qñ magus uel sacerdos oportunis temporibus adhibuerit formas rerũ rite collectas: qñ rōnem hanc, aut illã p̄p̄e spectant: sicut magnes ferrũ: reubarbarum colerã: crocus cor: eupatoriũ spodiũq; iecur: spica muscusq; cerebrũ. Fieri uero posse qñq; ut rationibus ad formas sic adhibitis, sublimiora quoq; dona descendant, quatenus rationes in aĩa mundi coniunctę sunt intellectualibus eiusdẽ animę formis: atq; per illas diuinę mētis ideis. Quod & Iamblichus approbat, ubi de sacrificiis agit. Qua de re alibi nos oportunius disputabimus. Vbi etiã apparebit, q̄ impura superstitio populi gētilis extiterit. Cōtra uero q̄ pura pietas euangelica fuerit: Quod magna ex parte in libro de religione christiana iam fecimus.

F I N I S.

Apologia quędam. In qua de medicina. astrologia. uita mūdi. Itē de magis, qui Christum statim natum salutarauerunt.

ARSILIVS Ficinus florentin⁹, dilectis-
simis suis in ueritatis studio fratribus,
tribus Petris, Nero, Guiciardino, So-
derino, ter quaterq; salutē. Rectius modo Tripe-
tro q̄ tribus Petris fortasse dixissē. Sicut enī ubi
palma est una nō faciūt plures in ea dīgiti, man⁹
ibi plures: sic uestra amici corpora tria nihil p-
hibere uident, quo minus unū efficiat Petrū una
uoluntas. Faber ille cęlestis patrię Christ⁹ taz
ingentē pcreauit petrā, ut īmenso huic edificio
ecclīę suę una hęc petra fūdādo sufficeret. Ego
quoq; tā grādes nactus sū diuina q̄dam sorte pe-
tras: ut tres nunc meo uel arduo fatis edificio fa-
ciant. Nunc uobis amici nunc, si nescitis, arx illa
Palladis necessaria fore uideēt: qua pcul a nobis
seuum ipiorum gigantū ipetum arceamus. Quā
obrem uīa primū arce tribus cōstructa Petris,
triū liberorū meorū uitā, uitę publicę succurrē-
tium munire decreui. Scitis (ut arbitror) me de
uita librū cōposuisse, in libellos tris diuisū. Quo-
rum p̄mus de uita sana. Scđus: de uita lōga. Ter-
tius: de uita cęlitus inscribet. Igit̄ esca tituli tam
suauis q̄ plurimos alliciet ad gustandū: Sed in nu-
mero tanto ignorantes pleriq; futuri sunt (ut ar-
bitror) maligni q̄q; non pauci. Ali⁹ ergo dicet,
nōne Marsilius est sacerdos? Est pfecto. Quid

igitur sacerdotibus cum medicina? Quid rursus
cum astrologia cōmertii? Alius item. Quid Chri-
stiano cum magia uel imaginibus? Alius autē, &
quidem indignus uita, uitam iuidebit cęlo. Cunc-
ti deniq; sic affecti, beneficio in eos nostro ingra-
ti nimis erunt. Atq; aduersus charitatē nostram
Qua uite, prosperitatq; publicę pro ingenii fa-
cultate cōsulimus, nō pudebit esse crudeles. Cō-
munis igit̃ erit uobis iste labor: Sed ut quodam-
modo leuior sit: tres. n. estis aduersū tres hostes
distributū subire certamē. Nec inuectiua (nouī
enī ingenii uestri) cōfutabitis iuectiuā: Sed alie-
ni fellis amaritudinē: quę uestra suauitas est mi-
rifica uestri mellis dulcedine supabitis. Prin-
cipio candidissime Nere respōdeto primis, anti-
quissimos quondā sacerdotes fuisse medicos pa-
riter & astronomos. Quod sane chaldeorū, per-
farum, ęgyptiorū testificantur hystorię. Ad nul-
lum pręterea magis q̃ ad pium sacerdotem perti-
nere singularis charitatis officia: quę quidem in
maximo omniū beneficio q̃ maxime lucent. Offi-
ciū uero pręstantissimū est proculdubio, quod
& maxime necessariū: & iprimis ab omnibus ex-
optatur: efficere uidelicet, ut hominibus sit mēs
fana in corpore sano. Id autē ita demū pręstare
possumus, si coniungimus sacerdotio medicinā

APOLOGIA.

At quoniam medicina sine fauore cęlesti, quod & Hypocrates Galienusque confitentur, & nos experiri sumus, sepius est inanis, sepe etiam noxia, nimirum ad eandem sacerdotis charitatem astronomia pertinet, ad quam attinere diximus medicinam. Eiusmodi (ut arbitror) medicum honorari sacre legis iubent, quoniam propter necessitatem hunc altissimus procreauerit. Et Christus ipse uitę largitor, qui discipulis mandauit, languentes toto orbe curare, sacerdotibus quoque precipiet, si minus uerbis, ut illi quondam, mederi possint: saltim herbis & lapidibus medeantur. Quę si minus ipsa sufficiant oportuno quondam afflatu cęli conflare hęc, & egrotis adiuuere iubebit. Nam & ipse eodem afflatu cęli animalia passim ad suam quęque concitat medicinam: usque adeo uitę omnium abundantissime prouidet. Sic instinctu cęlesti diuinitus instigante, serpentes quidem maratro, hircines autem celidonia oculis medicantur: Aquile uexate partu aeritem lapidem diuinitus inuenerunt, quo feliciter oua statim eniterentur. Itaque Deus ipse qui per cęlum animalia quęuis ad medicinas instigat: sacerdotes certe permittit non mercede inquam, sed charitate medicinis cęlitus confirmatis morbos expellere. His uero tu deinceps plura etiam si expedierit ingenii tui aculeis addes.

Surge post hæc & tu Guiciardine uehementer:
atq; curiosiis ingeniis respondeo, Magiam uel
imagines non probari quidẽ a Marfilio, sed nar-
rari, Plotinũ ipsũ interpretate. Quod & scripta
plane declarant, si equa mente legantur. Neq; de
magia hic prophana, quę cultu Demonũ nitit,
uerbũ quidẽ ullum asseuerari: Sed de magia na-
turali, quę rebus naturalib⁹ ad p̄sperã corporũ
ualitudinẽ celestiũ beneficia captat, effici mētio-
nem. quę sane facultas rã cōcedẽda uideĩ ingeni-
is legitime utentibus, q̄ medicina & agricultura
iure cōceditur. Tantoq; etiã magis, quãto perfe-
ctior est industria, terrenis celestia copulã. Ex
hac officina Magi oĩm primũ Christũ statĩ natũ
adorauerũt. Quid igit̄ expauescis Magi nomen
formidolose? Nomẽ euãgelio gratiosũ. Qd̄ non
maleficũ & ueneficũ: sed sapiẽtem sonat & sacer-
dotem. Quid nam profitetur Magus ille uenera-
tor Christi prim⁹? Si cupis audire quasi qdã agri-
cola est: certe qdã mũdicola ẽ. Nec p̄pterea mũ-
dũ hic adorat: quẽadmodũ nec agricola terram
Sed sicut agricola humani uictus gratia ad ae-
rem temperat agrum: sic ille sapiẽs, ille sacerdos
gratia salutis humanę inferiora mundi ad supe-
riora contemperat, atq; sicut oua gallinę, sic o-
portune terrena subiicit fouenda celo. Quod

APOLOGIA.

efficit sēp ipse deus: & faciēdo docz, suadetq̃ fa-
cere, ut a superis infima generent̃ & moueātur,
atq̃ regant̃. Deniq̃ duo sūt magiē genera. Vnū
q̃dem eorū, qui certo quodā cultu Demonas si-
bi ꝑciliant: Quorū opera freti fabricāt sepe por-
tenta. Hoc autē penitus explosū est, q̃n̄ princeps
huius mundi eiectus est foras. Alterum uero eo-
rum q̃ naturales materias oportune causis subiū-
ciunt naturalibus mira q̃dam rōne formandas.

Huius quoq̃ artificiū species duę sūt. Altera q̃
dem curiosa: altera necessaria. Illa sane ad osten-
tationē superuacua fingit ꝑdigia: Ceu q̃n̄ Persa-
rum magi ex saluīa sub fimo putrefacta dum Sol
& Luna scđam Leonis faciem occuparent/eūdē
q̃ gradū ibi tenerent, generabant auē merulę si-
milē: serpentina cauda: eamq̃ redactā in cinerez
infundebant Lāpadi. Vnde domus statī plena
serpentibus uidebat̃. Hoc autē tanq̃ uanū & salu-
tī noxiū procul effugiendū. Tenenda t̃n̄ species
necessaria, cū astrologia copulans medicinā. Si
quis autē pertinax ulterius instet, morē huic ita
gerito Guiciardine: ut ne legat hęc n̄ra, nec intel-
ligat, nec meminerit, nec utat̃ homo, si homo ē,
tanto bñficio prorsus indignus. Multa sunt ꝑꝛ-
terea q̃ tu aduersus ingratā ignorantia in mediū
afferre tuo ingenio poteris. Quid nā agis &

tu strenue Soderine noster? Tolerabis ne supersti-
tiosos cecosque nescio quos futuros, qui uitam in
aerialibus: uel abiectissimis: herbisque uilissimis ma-
nifestam uident. In celo, in mundo non uident. Iam
uero si homunciones isti uitam minimis concedunt
mundi particulis, que tandem dementia est? Que
inuidia? Nec nosse, nec uelle totum uiuere in quo
uiuimus, & mouemur & sumus. Quod quidem ca-
nit Aratus: Iouem manifeste significans communem
corporis mundani uitam. Per oportune nunc in hec
Arati uerba nescio quomodo uideor incidisse. Memi-
ni Lucam euangelistam: memini Paulum apostolum his
uerbis libenter uti. In quibus mundi uitam sapien-
tes illi non horrent. At uero superstitiosus quidam his
obiiciet non facile conuinci ex uerbis eiusmodi
Paulum assentiri, mundum habere aiam: Sed tantum
subesse deo: ac nos in hoc ipso Deo uiuere. Esto
igitur. Ne noieamus in mundo quoniam non placet aiam.
Nomen aia sit propheta. Licebit ne saltem uitam qualem
cumque dicere? Quam Deus ipse mundi faber huic operi
suo tam feliciter absoluto clementer inspiret. Quoniam
quidem erga uilissima queque inuentia non est auarus, Et
quotidie per celum quam plurimis que sunt in eo largis-
sime prestat uitam. Dic amabo nonne uides boues &
asinos, o bos, o asine, qui tactu quodam ex se inuen-
tia generant esse uiuos? Si ergo hec preterea, ex se

APOLOGIA.

uiua quedã aspectu etiã generarent, an nõ m̃ro
 magis hæc uiuere iudicares? si quod mō ipse iudi-
 cium, si quã uitã hēs. Cælũ terrę maritus nõ ran-
 git (ut cõis est opinio) terrã. Cum uxore nõ coit:
 sed solis siderũ suorũ quasi oculorum radiis un-
 diq; lustrat uxore: lustrando fecundat, procreat
 q; uiuentia. Num ergo uitã uel intuendo largiēs
 ipsum in se propriã nullam habet uitã? Et qđ de-
 dit auĩ strutho uitã aspectumq; uiuificum: lon-
 ge est hoc ipso deterius. His tandẽ adductis in
 medium, nisi psuaseris supersticiosũ istum mitti-
 to semiuiuũ: immo uero non uiuũ. Proinde ut
 pluribus causam nr̃am patronis agamus, addito
 Petre mi Nere Amphionẽ illum nr̃m Landinum
 Christophorũ oratorem pariter & poetã. Ille no-
 ster Amphio suauitate mira celeriter lapidea ho-
 stium nostrorũ corda demolliet. Tu uero Gui-
 ciardine carissime compater, ito nũc, ito alacer,
 Politianum Herculem accersito. Hercules quõ-
 dam ubi periculosius certandum foret, uocita-
 bat Iolaum: Tu nunc similiter Herculem. Nosti
 profecto quod barbara monstra latiũ iam deua-
 stantia Politianus Hercules inuasit, laceraue-
 rit, interemerit, q̃ acriter expugnet passim. Quã-
 tuto propugnet. Hic ergo uel centum hydrę
 capita nostris liberis minitantia statim ptunder

claua, flāmisq3 cōburer. Eia mi dulcissime So-
derine; Surge age, Picū salutato Phoebeū. Hūc
ego sepe Phoebeū appello meū. Ille me Dionysi-
um uicissim atq3 liberū. Fratres ergo sumus. Nū-
cia Phoebo meo, uenenosum cōtra nos pytho-
nem, ex palude iam iam emergentem. Tendat ar-
cum, obsecra precor. Confestim spicula iaculei.
Intendet ille protinus, scio quid loquar: uenenti
q3 totum semel una nece necabit. Valere iam
feliciter amantissimi fratres mei, non ualitudine
tantum felici: Sed ipsa etiā felicitate digni. Libe-
torumq3 meorū in lucem iam prodeuntium ua-
litudinem felicitatemq3 curate. XV. Septēbris
M. CCCC. LXXXVIII. In agro Caregio.

Quod necessaria sit ad uitam securitas & trā-
quillitas animi.

ARSILIVS Ficin⁹ Dilectissimis i ue-
m⁹ ritatis uenatiōe fratrib⁹ Bernardo Ca-
nifiano, Iohāni Canacio, Amerigo Cur-
fino Salutē. Cū p̄mis hic i uerbis uenationē quā-
dā instituissem⁹, merito forsā canes statī adhibui-
m⁹ & cursores. Apte qdē philosophātes appel-
lauimus uenatores, anhela sēper ueritatis idagi-
ne laborantes. Num etiā apte canes? Aprissime i
quit in Republica Socrates. Philosophātes enī
uel legitimi sunt uel spurii. Ambo canes. Illi qui-

APOLOGIA.

dem ueritatem ipsam sagaciter inuestigant, mordicus inuentam tenent. Hi uero pro opinione lacerant, mordent, lacerant. Tantum profecto canes inter philosophos sibi uendicant, ut non solum seipsum in sectam aliquam inseruerint: sed etiam sectam ipsi suam nomine Cynicam quandoque conferunt. Habet quineriam suos academiae canes. Huc ergo uos sagaces academiae canes: huc uos uelocissimi cursores aduoco. Tris enim estis. Tres ergo nunc meos procor defendite liberos adhuc teneriores, iter lupos (ut uereor) e uestigio perdituros. Currite inquam alacres: negocia enim nunc uobis optata mando, non curas. Georgium Benignum Saluiatum cognoscitis meum: Qui ueritatem illam per cuius nunc uos uestigia passim uenando discurritis, iam diu est sagaciter assecutus. Qui & fratres suos Solis istar, maior ipse, minores illustrat. Huic igitur, si quem luporum ululatum audieritis, nuntiate. Fortissimus ille Georgius omnes facile fugabit lupos, qui & uastum draconem quandoque transfixit. Ille me igitur, ille sollicitudine simul & uos cura leuabit. Solet enim inter uos aliquis, & quidem iam sepius dicere: nichil ad uitam salubrius experiri, quam magna cum securitate tempora deglutire. Ceteri uero dicenti protinus arridere. Sed dic age Canaci quid nam hoc tuum est toties

repetitum: Tempora deuorare: Quid deniq; tibi uis: Non esse inquis, sed bibere potius. Non mandere, uel conterere: sed faucibus plenis igitur gitare. Siquidē tempus ipsū natura quēdam est liquens (ut ita dixerim) atq; labilis. Lipientiū uero hęc est conditio: ut si cohibeas in angustum, subito perdas. Diffluunt enī coacta celeriterq; diffugiūt. Si aquam spongię imbibitā forte cōpresseris, exprimes eam, statimq; disderges. Si latius hęc tenueris, retinebis. Multo magis aerem ignemq; & etherem Hinc apud poetas frustra contendunt, qui ampla diuorū manū uel simula cra uinis capescere moliuntur. Late admodū accipiēda sunt latissima. Lipientia & amplissima sunt amplissime possidēda. Tunc certe graūter nos premit angustia, quando animū ipsū motūq; eius naturaliter amplū redigimus i angustū. Quicūq; studia negociaq; pensitāt examussim: & iū minima quęq; semper exactissime deterūt: uitam interea suam, heu suam uitam clam miseri conterunt. Recte igitur Pythagoras precepisse uiderur. Caue ne quando in angustū forte cohibearis, nihil cęlo amplius. Nihil est uitalius. Angustissima uicissim terra uitam habet in mundo q̄ minimā. Deniq; si cęlo temporeq; uiuimus, q̄to hęc latius absorbemus, tanto uiuimus & di-

X

APOLOGIA.

utius. Viuite ergo lati ab angustia procul o amici. Viuite leti. Letitia celum uos creauit sua. Quã suo quodam risu idest dilatatione, motu, splendore declarat: quasi gestiens. Letitia celum uos seruabit uestra. Ergo quotidie impreses uiuite leti. Nam sollicitudo presentium, rapit uobis presens: pręripitq; futurũ. Curiositas futurorũ celeriter in pręteritũ uos traducit. Iterum igitur precor, atq; iterũ, uiuite leti. Nã fata sinũt: dum securi uiuitis. Sed ut reuera sine cura uiuatis, ne unam quidem hanc curã sumite: qua solliciti cureris unquam: qua potissimũ diligentia curas efugiatis. Vna enim cura hæc mortalibus heu miseris omni cura cor urit. Negligite igitur diligentiam. Negligentiam uero diligite. Atq; hanc etiã negligenter. Quoad licet uobis inq; atq; decet. Hęc aut non tam ut sacerdos amici mando uobis, q̃ ut medicus. Nam absq; hac una tanq̃ medicinarũ omnium uita medicine omnes ad uitam producendam adhibite, moriuntur.

XVI. Septēbris. M. CCCC. LXXXVIII. In agro Caregio.

